



Nr. 112.

קדשת העמים
ב'מי המשיח

Sive

DISSERTATIO TEXTUALIS

Ad Locum Zachar. XIV, 20. 21.

כעורת השם

Sub PRÆSIDIO

VIRI Plurimum REVERENDI CLARISSIMI
DOCTISSIMO IMMISSORI

DN. JOHAN. HENRICI
HOTTINGERI,

S.S. THEOL. & ANTIQUITAT. JUDAICA-
RUM PROFESSORIS ORDINARII, CELEBER-
RIMI, PATRONI, FAUTORIS & Studiorum
PROMOTORIS nunquam non honorandi

In Auditorio THEOLOGICO

Ad Diem 15. Aug. M DCCXI.

publica & placida

NOBILISSIMORUM DOMINORUM
COMMILITONUM

submitter

JOHAN. CONRADUS Sels/
Sangallo Helvettus: AUCTOR.

Marb. Cas. Typis JOHANNIS KURSNERI, Acad. Typ.



*INCLYTÆ REIPUBLICÆ SANGALLENSIS IN HELVETIA
SENATUI MAGNIFICO FLORENTISSIMO, PIO, FELICI.*

Nobilissimis, Amplissimis, Prudentissimisque VIRIS
Dn. GEORGIO WARTMANNO }
Dn. LAURENTIO WERDERO } Coss. Gravissimis.
Dn. HENRICO HILLERO }
Dn. JOH. CONRAD FELSI, Senatori, Capitaneo, variis mun-
ribus publicis optimè defungenti, Agnato honorando.
Dn. DAVIDI FELSI, tribuno plebis meritissimo, Patruo omni ho-
noris cultu suscipiendo.
Cæterisque SENATORIBUS & Tribunis, Patriæ PATRIBUS,
DOMINIS suis gratiosis,
Nec non

Venerandis admodum, Clarissimis atque Doctissimis VIRIS
Dn. JOSEPHO SCHAFFHAUSERO, Antistiti Venerabili,
Dn. MICHAELI SCHLATTERO, Camerario Gravissimo. Gymna-
sii INSPECTORI atque Collegii Theologici & Musici PRÆSIDI lauda-
tissimo.
Dn. JOH. JACOBO SCHERERO, Bibliothecario & Collegii Theo-
logici PRÆSIDI Celeberrimo.
Dn. CHRISTOPHORO STEHELIO, Gymnasii Inspect fidelissimo.
Dn. HERMANNO SCHLUMPFIO, Eleemosynario Vigilantissimo,
Agnato honorando.
Ecclesiæ Sangallensis Quinqueviris Dignissimis, Cæterisque ejus-
dem Ecclesiæ & Scholæ Ministris fideliissimis

Ut &

VIRO Reverendo Doctissimo
Dn. JACOBO ZOLlicofero, Ecclesiæ quæ Christo Lupiclivii
colligitur Pastori fido, agnato & quondam Praeceptorí æternum colendo.

Tandem

Nobilissimo, Gravissimo VIRO
Dn. NICOLAO SCHOBINGERO, Collegii Nobilium Ex Præsidi,
tutori suo parentis loco observando

*Hocce studiorum suorum specimen ea qua par est
animi observantia*

D. D. D.

JOH. CONR. Fels.



כשש

DISSERTATIO EXEGETICA,

ad Zach. XIV. 20, 21.

בּוֹסֵם הַהְוָא יְקוּהָ עַל מִצְלוֹת הַסּוֹם קְרַשׁ לְהַוָּה וְהַחֲסִירֹת בְּנֹתֶת יְהוָה כְּמַרְקֻפִּים לְפָנֵי הַמּוֹמָה: וְהַוָּה כָּל טָהָר בְּרוּשָׁלָם וּבְיוֹתָה קְרַשׁ לְיהוָה צְבָאוֹת זְבוֹאָתָן כָּל הַזְּבָחוֹת וְלַקְחוֹתָה וּבְשָׁלֹחַ נְחַטָּה וְלֹא יְהַוָּה בְּנָעַנְיָה עֹור בְּכִתְיָה יְהַוָּה צְבָאוֹת נִיּוֹם הַהְוָא

Die illo super phaleris equorum eris sanctitas Adonai, & olla in domo Domini erunt craterum instar coram altari, & omnis olla in Ierusalem & Juda sancta erit Adonai Zebaoth, & venient omnes, qui sacrificare volunt, & sument ex illis & coquent in illis, neque erit (ut Junius verit.) Cehahaneus amplius in domo Adonai Zebaoth die illo.

S. I.

Tate Zachariae, ex quo nonnulla Speciminiis loco explicanda constituimas, misera Ecclesia Judaica cernebatur facies, nec ea brevi in feliciorem (saltem quæ longo tempore permansura eset) mutanda promittebatur. Nam quia Juda Deum suum derelinquebat, derelinquebatur quoque à Deo. Non solum insignia illa beneficia populo foederato propria cessabant, sed & insuper, quia vita augebant & à fide & vita Majorum desciscabant, commeritis affligebantur poenis. Ira Dei tantopere exarsit, ut eorum urbem Hierosoly-

A

rosoly-

¶ [2] ¶

rosolymitanam (quam insano amore deperibant Judæi) flamnis
ultricibus comburendam tradiderit, ex alto emicebatur ignis in
offa Thren, I, 13. qui prius gentes frœnavit, ne suum laderent po-
pulum, postea, ex quo ipse frœnum monordit atque omnia Dei
monita contemnit tractavit, laxavit, ut concitato cursu in Israeli-
ticam gentem irruerent, neque, quod prius factum, peculiarem
à Cananæorum, infidelium separatum constituerent cotum, hinc
Thren, I, 17. *Precepit Adonai de Jacobo, ut essent hostes circa*
eum, iner quos Hierosolyma in menstruam facta est. Hæc erant
subcaptivitate Babylonica, quod historia abunde probat, Judæo-
rum tristia fata, felicia, quæ postea illucere videbantur, mox
rursum disparuerunt, donec mensura impietatis & infidelitatis
completa, aliud, idque pro ratione scelerum majus, judicium sub-
secutum, quo Judæi fornicati percalefactæ quasi inclusi urebantur,
hostium ferocientium libidini tradebantur, & inter illos miseram
vitam agebant. Quamdiu autem impietas Judæorum, (cum qua
pena conjuncta) ac ἔχθρα illos inter & Ethnicos, Deo ita volen-
te, durabat, nulla Ecclesiæ constans salus expectanda, immu-
tanda hæc & in oppositam faciem converteenda, si aliter Ecclesiæ
status florere deberet. Hoc ipsum est, quod in commatibus 20.
& 21. cap. XIV. memorati Prophetæ, maximè si illa in nexus expen-
dantur, contentum arbitramur, ceu quæ tradunt gentes, quæ olim
jurati hostes populi Dei, atque bello, cuius robur in equitatu
constabat, inclytæ, tempore N. T. Regi Messiæ subjiciendas at-
que ad omne servitium sacras fore, fideles insuper, qui prius ju-
diciis Dei referti, beneficis sanguine Jesu Christi partis com-
plendos Deoque consecratos fore, denique discrimin illud, quod
Israelitas inter & Cananæos obtinebat, auferendum, atque ex iis
unum populum exstirsum esse.

¶ 2. Tria in diebus Messiae eventura à propheta prædicti ea,
quæ præmissimus, clare indicant. Ex his primum est. *Erit super phar-*
seris equorum sanctitas Adonai. Hæc verba, etiam me non monente,
nō ad literā intelligenda esse, quivis facile videbit, sed quoniam im-
proprius significatus tum demum, quando proprius præmissus,
elucescit, (hoc enim cognito demum applicatio ad rem sub-
intellectam commode instituitur) primo de litera, in qua si
æquo

equo prolixior tibi videor, cogita, lector, me expositionem
commatum horum ita animo constituisse, ut Philologia sacrae
simil ratione habere proposuerim. Puto enim mihi in Cathedra di-
spatatuero licitum, conveniensque esse, quod Oratorem pro con-
cione eadem dicentem ob auditorum imperitiam maxime dede-
ret: Plurimum interest, quo loco quid dicas.

§. 3. Vocabulum סֹמֶן communis consensu *equum* notat, quam
notionem loca, in quibus illud occurrit, haud obscure probant;
modo enim cum curru Exod. XIV, 9. 23, modo cum equite jun-
gitur Ezech. XXIII, 6. *equites* רְכָנִים *inequitantes equis*.
Ponitur hic in singulari, tamen significatione plurali accipiendum,
quod alibi saepius circa hanc Exod. XV, 19. Deut. XVII, 16. aliasve
voces observandum, uti וּשְׁבָה *habitator* 2. Sam. V, 6, transfertur
1. Chron. XI, 4. וּשְׁבַי דְּאָרֶץ *habitatores terra* 1. Reg. VIII, 37.
Confer. 2. Chron. VI, 28. de pluribus enim verba exponenda esse
quilibet intelligit.

§. 4. Sed licet vocis סֹמֶן significatio sit certa, incerta tamen
ejus origo, hinc, qui ejus natales querunt, in varias distrahuntur
etymologias (1). Ex quibus ea, quæ Bochartum animalium sacro-
rum optimum scrutatorein, authorem habet, Hieroz. lib. II. cap. 6.
p. 96. edit. Francof. vide in super Castelli Lexicon sub Rad. סֹמֶן
facile primum occupat locum. Observat autem eruditissimus Vir
apud Arabes סֹמֶן significare regere, gubernare quod in equum na-
turâ docilem non male quadrat, hinc de Mazacum equis Nemesis-
nus in Cynegetico verfu 166.

Nam flecti facilis, laſcivaq; colla secutus
Paret in obsequium lenta moderamine virgæ,
Verbera sunt præcepta fugæ, sunt verbera frœni.

Ex hac quoque significatione est, quod eadem vox *Hirundinem*.
avem, quæ cum aliis paucis singularis *Regiminis* & *Obedientis*
exemplum est Jer. VIII, indicat.

A 2

§. 5.

(1) Aliis סֹמֶן originem debet rad. נְסָס sum attollere; *equus* enim
gaudet statura procula, & cervicem maxime elatam habet:
verum סֹמֶן cum סְבָה nihil habet commune, nam non solum
attollere, sed & velum erigere uno verbo συμπορεῖν notari
melius.

¶. 5. Equo sive equis yates attribuit **מַלְוָה**. Hoc nomen
επίσης λεγόμενον, atque hinc intellectu difficile: difficultatem au-
gent varia variorum qua veterum qua recentiorum interpretum
Judicia LXX. ἐν τὸν χαλινὸν hinc vulg. *super frenum*, consimili-
ter Syrus, Arabs, sed targum Jonathan כְּרוֹבָה pro quo interpres
phaleras habet, hinc & B. Lutherus *Rüstung* / alii *tintinnabula*
malunt, uti Tigurini, Galli, Seb. Schmidius, quibus plurimi ex
Hebraeorum Doctoribus praevere. (2) Addo Judæos in Germa-
nica versione transferre *Geklapffer der Pferde*.

¶. 6. Nostrum nunc esset unam ex his notionibus cum Judicio
seligere, sed quum circumstantiis, quæ aliâ significatum obse-
riorem maximè determinant, destituamur, *ἐπειδή* caute institu-
enda. Certum est dici de re equis propria, neque ipsis
equis

Melius de hac voce judicavit R. Bechai, qui equum ob hilari-
tatem dici existimat **שְׁרוֹא** כמו טום שרוֹא
ideo vocatur טום quod est quasi *usus* *sas* hilaris à radice
שׁוֹשׁ *Lætari*, gaudere, *qualis equus* Job. XXXIX. festinatur.

(2) Illustrationis gratia Iudaorum in hanc vocem commentationes
apponam, Raschius: על מצלות הסומן על הנקיות שתולין
לנו לוסם בין עינוי נורא מצלות עליון *tintinnabula*
inter equi oculos pulchritudinis ergo appensa & paulo in-
ferius citatus magister scribit בראע' Mezilloth equorum barbare vocantur tintinir, que vocula
מצלות הסומן טוטניר Mezilloth sunt tintinnabula equis appensa & illa tinniebant:
מקששים tintinnabula à collis equorum pendebant & tinnie-
bant & in collis ad rad. idem inquit Magister
מצלות סומן הגיון תלוים בסומן שם מקששים
AbenEsra צלצלים תלוין נצואר הסומן cymbala
וכתבו in collis equorum suspensa erant: Abarbanel
המפרשים שמצלות הוי מגורת חילנה וצלצלים ורדים
Interpretes scribunt (tintinnabula) de-
rivari ex (tinnient) vel (צלצלי) (cymbala) ipsa
enim tinniebant.

¶¶¶ (5) ¶¶¶

equis aut parte quadam, sed vestitu, sive vestitus equini parte. Probabile dein illam intelligi partem, qua nobilior, quaque motu sonum edit. Communiter & recte quidem vox, quam explicamus ad צָלֵל, qua etiam תְּזִקְנַת יְהוָה וְשֶׁן רֹעֵשׁ לִשְׁנָה significatur. Itreptus aut tinnitus comprehendit, refertur, vid. M. Buxtorffii Concord. unde qua ab eadem radice descendunt צָלֵל צָלָלִים צָלֵלִים sonum, cymbala notant. Ex Chaldeis, Syris, & Arabibus argumenta, qua idem confirmant, depromere possemus, sed non necessarium esse puto, nec quod dixi, à quoquam negari. Quoniam autem pars, qua motu sonum edit, intelligenda videtur, illa ex materia sonora, quadam metalli specie, constabit. Quod verba super equorum erit sanctitas Adonai commode admittunt, ut paulo inferius dicemus.

¶ 7. Si jam ad equaria attendimus, nonnulla hoc nomine ex primis posse cognoscemus. frēnum, hinc Virg.

Chalibem frēnosque momordit.

oreæ, frontale, tintinnabula &c. vel integra ex metallo aut ex parte minimum erant. Quando equus metallo vestitus celeri pede currit, tinnitus excitat, qui fortior, quo equi plures, & ornamenti eorum plus ex metallo confecta sunt. Nec putandum phaleras, quibus posteriori tempore equos ornare solent, olim, speciatim in oriente, incognitas fuisse, vel his multo pretiosiores nunc cerni. Minime oriens Metallifer nostris non cessit. Longius quoque ejusmodi ornatus durat, qualem gentes, quibus equi ad quotidianum usum, elegisse constat. Hinc Herod. lib. 1. c. 6. Maflagetae equorum περὶ τὰ σέρρα χαλκούς θάραξ φερόντων. οὐδὲ τὸν χαλκίνον ἐσθίουσι καὶ φάλαιρα χρυσῶν αἰθήρων καὶ οὐδὲ γύρω χρεώνται εἶτε, pectoribus æneos thoraces circumdant. Circa frænum frænaque & phaleras aurum adhibent, ferro atque argento nihil prorsus uientes puta, ut additur, ob defectum. Imò aliae rationes phaleras firmas, æneas, qua telorum ictum declinant, sonaces, tintinnabula suadebant, nam ne sonitu & tumultu in præliis percellerentur equi, frequens æris erat usus. Alianus,

εἰ πέροι τὰ μηδονιανοῖς οἱ πατοικαλαστῆρες, φόροις αὐτοῖς καὶ ἡρεις χαλκοῖς περιποδίζονται, καὶ χρυσῷσιν οἰς μητοῖς εἰς τὸν πολέμῳ δεινοῖς τε ταν πανοπλιῶν αράβες καὶ ταν ἔξιστον τὸν περιποδας δέχονται.

Perse ne timidos habeant equos, eos ad aris sonitum & strepitum assuefaciunt, tintinnabula pulsant, ne armorum in bello fremitum & gladiorum ad clypeos resonantium crepitum extimescant, quod testimonium Eruditissimo Bocharto debo Hieroz, lib. 1. cap. 8. Appendebant dein tintinnabula, nam, ut probe observat Cl. Goussetius, necesse erat in oriente, ubi multa erant deserta, nullo trito itinere distincta, equis instrumentum aliquod sonum edens appendere, quo omnes de adventu equorum admonerentur viatores, quale instrumentum, tintinnabulum maxime, idoneum erat. Huc Phædri verba clare respiciunt fab. 38.

Muli gravati sarcinis ibant duo

Ille onere dives celsa cervice eminens

Claramque collo jactans tintinnabulum.

Hæc Cl. Jacobus Gronovius illustratur belle inquit: Quod hodie in Gallia & Italia fit, quia montani itineris sæpe tantæ sunt angustiae, ut cum sarcinis invicem præterire non possint, ideo nolarum sonitu è longinquo admonentur muliones, ut locis commodioribus, ubi via est paulo latior, subsistant, & alter alterum exspectet. Imò tamen bello, quam domi cquis tintinnabula annectebant, quod Doctissimus Dovgtaeus pluribus testimoniiis probat, ex quibus ad nostrum scopum pertinentia, noui nisi duo adscribenda, eligimus

Γαργάρος επ' Αιγαίος θεός

χαλκῆ μετάποτες ιστακόντος τεράτες Θεοί

Πολλοῖσι σὺν κάδωσιν ἐπιτύπαι φέρον

Gorgo que tanquam in spectaculo Palladis

Frontes equorum ferrea pœnumiens

Multis cum tintinnabulis sonum dabat,

Euripid. in Rhes.

quod maximè, quando triumphaliter & pompatice procedere volabant, observabant divites, hinc de Alexandri funere D. Sicul. l. 18. p. 643. ex edit. Steph. scribit ἔκαστος δὲ τύτων ἐσεφάνωντο κεχρυσωμένω σεφάνω, τῷ πάρ τε καθέταν τὸν σταρόν εἰχεν ἐξηρτημένον κάδοντα χρυσοῦ, Quisque horum (mulorum) corona deaurata redimitus erat, & utrique maxilla tintinnabula ex auro, & monilia gemmis constipata, collis appensaverant. Ex dictis ergo patet illos qui latorem vocis significatum eligunt, convenienter ejus origini statuer-

re,

re, & si sola tintinnabula exclusis aliis, qua tinnitum excitant, intelligenda essent, verosimilimum scriptorem sacrum vocabulum, quod illam notionem magis determinat, adhibuisse. Accipimus igitur in genere pro *phaleris*, quæ ob sonum, quem motu edunt מַלְוִי non incommodè appellantur, licet præprimis ea pars, cui aliquid inscribant Orientales, intelligenda videatur. Generalem significatum Hebreus, quem Hieronymus hoc de vocabulo regabat, probat. *vid. Drus. ad h. l.*

§. 8. Super *phaleris* (sic enim vertere placet) *equorum erit sanctitas Adonai*. Vox קֶרֶשׁ in sacris plurimum de persona vel re dicitur, quæ, quam natura sua communis vel idololatrici usus, Deo ordinante ad sacrum variè impenditur. Ita vestes Levit. XVI, 4. Cibus Lev. XIX, 24, locus Exod. III, 5. tempus Exod. XVI, 23. aurum &c. Jos. VI, 19. fideles Jes. VI, 13. &c. hoc nomen קֶרֶשׁ sanctitatis habent, quoniam autem verè rerum personarumque consecratio nulli nisi Deo facienda, hinc sepenumero cum לְרוּחוֹת sanctitas Adonai conjungitur. Ex multis unum alterumque dabo exemplum Exod. XXXI, 15. die octavo cessatio magna קֶרֶשׁ לְרוּחוֹת omnibus diebus separationis sue ipsi קֶרֶשׁ sanctitas Adonai: conf. Ezech. XLVIII, 14. Illi jure merito que ad honorem & servitium consecranda, qui לְרוּחוֹת est, qui à se, non ab alio, a quo alia quavis suum esse habent, cui itaque illa præstò esse debent. Illi qui perfectissimus, mentiri nescius, cuius promissiones, præfigurationes & prædictiones certò adimplentur.

§. 9. Sed hæc ad verborum explicationem super *phaleris equorum* erit sanctitas Adonai nondum sufficiunt. Clarissima illis a fundetur lux, si primò observaverimus, respectum esse ad laminam Pontificis, cui inscribendum לְרוּחוֹת קֶרֶשׁ sanctitas Adonai, de qua Dei extat præceptum Exod. XXVIII, 36. & facies laminam ex auro puro & sculps עֲלֵי super illam sculpturam sigilli קֶרֶשׁ לְרוּחוֹת sanctitas Adonai conf. Exod. XXXIX, 30. Hæc vestis præ reliquis sancta, omnem Aharonis cultum soli Deo sacrum esse indicabat. Hæc igitur verba auro perenni insculpenda atq; in fronte sacerdotis summi appendenda, ut omnis Israel, Pontificem summum servum veri Dei esse, & illum omnes functiones ex ejus

præ-

præscripto obire cognosceret: hinc singulariter hæc vestis in Pontificatu gestanda commititur. *Lamina aurea erit superfron-
te ejus, porretque Aharon iniquitatem sanctorum, qua sanctifica-
bunt filii Israël, quoad omnia dona sanctorum eorum, seque super
fronte ejus ingiter in beneplacitum ipsis coram Adonai Exod.
XXVIII, 38.* Huc respicere Zachariam arbitramur, qui nos sim-
pliciter ait, phaleras equorum fore sanctitatem Adonai, sed *hy super
phaleris equorum erit sanctitas Adonai, sive illis sanctitas Ado-
nai inscribetur.*

§. 10. Secundò: Gentes idololatricas personas atque res ima-
gine aut nomine idoli, quod colebant, notaſſe, quo suam in fictitium
Deum reverentiam testarentur, se cuncta nomine Dei & in hono-
rem ejus suscipere, ab illo itaque felicem, adversus hostes maximè,
successum sibi promittere. Hinc ut videtur & inferius magis lu-
ceſſet, in equorum, quorum insignia in bello ulſus, phaleris no-
mina, imagines Deorum expreſſerunt. Gentium conversionem
predicturus propheta noster, pulcherrimè dixit: *super phaleris
equorum erit sanctitas Adonai* q. d. gentes qua olim idolis servi-
verunt, Deum nostrum agnoſcent, reverebuntur, se suaque o-
mnitatem honorem & servitium ejus tradent, qui haec tenus prælia ad-
versus Ecclesiam nomine idolorum gesserunt, Ecclesia aduentur at-
que Regis suo obedient, vires suas adversus hostes sub tutela Dei
intendunt. Sed ne quid fixissime videamur, necessarium hoc de ido-
lolatrarum more prolixius agere, atque ad textum nostrum ac-
commadare.

§. 11. Notissimum, ut alibi terrarum, ita in Orienti idololatriam
graſſatam fuisse, eamque variam; ut igitur idololatræ ſe hujus il-
liusve numinis cultores proſterentur, ſequi ab aliis diſtinguerent,
certas geſtabant notas, illas vel idoli nomina corpori impreme-
bant, quomodo Bacchi cultores hederâ signabantur. Hinc Pto-
lemaeus Philopater Judæos omnes Religione patria deficientes
χαράκτης τασσήμαν θεούσσας πατέρων μαρτυρίαν notari inſigni liberi pa-
tris hedera folio jussit, ill. Maccab. II, 21. Pene quemadmodum
ſervi orientales in fronte ferebant Dominorum ſuorum nomina,
uti habet Aristophanes *vide Grot. Apoc. VII, 3. XIII, 16.* quomodo
etiam, qui verum Deum coluerunt, notabantur tum *אות והכריות*
signum

signum fidei in corpore, tum **עַל־פָּנֶיךָ** in fronte mea
nuq; sinistra gestantes, quo alluditur in utroque tam V. Ezech. IX.
4. quam N. T. Apoc. VII, 3. IX, 4. XIII, 16. XIV, 1. 9. XVII, 5. XX.
4. XXII, 4.

§. 12. Quemadmodum autem falsi cultores se, ita etiam quæ
possidebant, Diis suis consecrabant, hinc illis quoque eorum for-
mam aut nomina impresserunt, quod reverentia testandæ, auxiliū
consequendi gratia in iis, quæ sibi pretiosissima videbantur, a qui-
bus vel maxima utilitas expectanda aut ingens damnum timendum,
præprimis observabant. Hinc naves, quas Diis tutelaribus com-
misserunt, eorum imagine notarunt. Ita Virgilius

aurato fulgebat Appolline puppis

& Paulus fuisse dicitur ἐπ τοις πασαρέως διονύσοις Act. XXVIII, 11.

§. 13. Quod quoque valere putamus de equis a vario, bellico
tamen usu, præcipue inclitis. Nemo parum in historia versatus
ignorare potest, Veteres, orientales maximè, bella gerentes equi-
taru usos fuisse, quod paucis ad hujus rei veritatem probandum
testatur Philosophus libr. IV. de Republ. c. 13. οὐδὲ πρότι σὲ
πολιτεῖα ἐπ τοῖς ἔλλησιν ἐγένετο μετά τὰς βασιλείας ἐπ τῶν πολεμήσαν-
τῶν μὲν ἡ ἀρχὴ ἐπ τῷ ιππέων. Τὸν γὰρ ισχὺν οὐδὲ τὴν ὑπεροχὴν ἐπ τοῖς
ἴππουσιν ὁ πόλεμος αἰχνεύειν μὲν γὰρ συντάξεως ἀρχεῖον τὸ ὄπλιτικόν
αι δὲ τοῦ τοιύτων εὐτοπίας καὶ τάξεως ἐπ τοῖς ἀρχδιοῖς οὐχ ὑπῆρ-
χον, οἷς ἐπ τοῖς ιππῖνοις ἦναι τὴν ἴδευν. Et prima quidem respu-
blica apud Gracos post regna existit ex iis, qui bellarent. Prin-
cipio quidem ex equis. Robur enim & belli præstantia in equi-
taru consistebat. Nam sine arte instruendi disponendique exerci-
tus peditanus gravioris armatura inutilis est. At talium rerum
usus & ordines disciplina non erat apud Veteres, ita ut inequitaturo-
bur bellum collocarent. Et quanquam de Cattis testetur Tacitus de
Mor. Germ. omne illis in pedire robur, addit tamen: alios ad præ-
lium ire video, Cattos ad bellum. Vide testimonia a Lydio in
syntagn. sacr. libr. II. cap. 2. annotata. Non minus, quod dixi,
in oriente obtinebat, unde Salomon, cuius dicitur equina 1. Reg.
IV, 26. notantur, Prov. xxi, 31. equus aptatur ad diem prælii, nam
equitatum robore præstare judicabant Ps. CXLVII, 10. illique in-
fideles confidebant Jcf. XXXI, 1. Unde frequens equorum, quos
alebant

¶ 10 ¶

alebant gentes, mentio Zach. XII, 4. Egyptia Exod. XIV, 9. Jerem. XXXI, 1. Syriaca 1. Reg. XX, 20. Assyriaca, in qua Dux Rabhacce ex suis 2000. equos ab equitibus Regis Ezechiæ (modo tot haberet) equitandos thrafonice offert Jes. XXXVI, 8. Cananæa Jos. XI, 4. maximè Persica (Persarum autem imperio invalescente scripsit Zacharias, hinc visiones, locutiones ab equis desumitas plures præalis prophetis recensitas habet) ut etiam Persæ non ex levi conjectura quasi מִשְׁרָא equites dicti fuerint; hinc Herodotus παιδεύσι δὲ τὸν παῖδα τὸν περιτρόποντα εἰπεινον, μέχει εἰκοσά τεος τρια μῆνα, ἵππουν, τοῦ τοξεύειν τοῖς αἱλούσιοις τοῖς liberos suos à quinto anno incipientes usque ad viceimum tria tantum edocent, equis-
tare, sagittare & vera loqui.

¶ 14. Quando igitur, quod nunc probatum dedi, tantus e-
quorum in præliis usus, non dubitandum gentes idololatricas, qua-
prosperum a Diis expectabant successum, illis vel potius phale-
ris imaginem vel nomen Deorum insculpsisse. Notum enim in a-
liis instrumentis bellicis facere solitas, verosimillimum idem in e-
quis, quorum robori maximè confidebant, in præliis fecisse. Ne
exempla ex variis historiis colligam, id, quod de Patrio Persarum
more Quintus Curtius refert, quodque huc spectat, excerptam:
*Patrio more Persarum traditum est, orto sole demum procedere. Die
jam illustri signum ē tabernaculo Regis buccina dabatur. Super
tabernaculum, unde ab omnibus conspici posset, Imago Solis crystal-
lo inclusa fulgebat. Paucis interjectis. Currum dein Jovi sacra-
rum albenies vehebant equi. Hos eximia magnitudinis equus,
quem SOLIS appellabant, sequebatur. Paulo post: utrumque
currus latus Deorum simulacra ex auro argentoque expressa deco-
rabant L. III, 3. Quis ita dubitat Veteres Persas solicos equos
numinis sui simulachris notasse, quod tanto confidentius affiri-
mus, quo certius est, illos solem culturos equis maximè usos fu-
isse. Qua autem ratione factum, illis, qui historiam Persarum
erectandi tempus subsidiaque habent, scrutandum relinquimus.
An forsan equorum frontalium nomen vel imago impressa fuerit, quod
hodienum aliquando ornatūs, olim maxime cultūs gratiā factum?
Idem de imagine Luna dicendum.*

¶ 15.

¶ . 15. Ex dictis itaque sensus verborum, super phaleris equorum erit sanctitas Adonai, facile eluet: Puta gentes ad verum cultum convertendas, se non solum sed & sua in honorem Dei consecraturas. Plus enim est, super phaleris equorum erit sanctitas Adonai, quam fronti gentium inscribetur sanctitas Adonai. Prior illa loquendi ratio hanc in se comprehendit docetque gentes etiam omnes vires ad gloriam veri Dei impensuras, atque in hoc gloriatur, quod Deum cognoscant. Mirum forsitan videri posset, quod propheta de gentium conversione locuturus, eorumque phalerarum meminit, non potius quod alibi, *Gentes Messia adhærebunt Gen. XLIX, 10. confluent omnes gentes Jes. II, 2.* quæ dictiones magis propriæ. Sed observes velim, Sp. Sanctum variis sub dictionibus ingentem hanc, Ecclesiæ maximè utilem spœnū proferre, ut illam clarius cognoscamus; unaquæque propria & impropria attentè considerata peculiare, de quo nos instruit, habet. Alibi non absimilis placuit Jes. LX, 5. 6. copia gentium accedent tibi, agmen camelorum operiet te, dromades Midianis & Ephoranes & Scheba venient &c. c. LXVI, 20. adducent omnes fratres vestros ex omnibus gentibus muneri febova equis & curribus c. XXIII, 18. erit merx & questus ejus מִלְחָמָה קָרְבָּן sanctitas Adonai. Lux insuper affulget, si porro ad tempus, quo Zacharias scripsit, usum equorum & materiam capitis attendis. Scripsit Vates noster sub fine captivitatis Babylonicae, quo Persæ equitatu clari Gentem Assyriacam devicerunt. Equi idolis consecrabant adhibebanturque ad regnum Idololatriæ promovendum. Prædicebatur excidium Hierosolymæ à gentibus bellicos inferendum, quod earum conversio subsequi debebat. Commodè itaque Propheta: *In die illo super phaleris equorum erit sanctitas Adonai*, quasi has circiter meditationes Judæis suo tempore commendare voluisse. Cernimus nunc maximas in præliis vires exercit, gentes cœcas omne à Diis suis factitiis auxilium rogare, nomine idoli, solis &c. in se invicem, in nos quoq; s̄vire & s̄vituras. Sed adveniet pergratum illud tempus, quo gentes convertendæ Idololatriam derelinquent, verum Deum agnoscent, colent, ut nomine ita etiam ad honorem ejus cuncta agentataque omni co-nature regnum Dei promovebunt.

¶. 16. Hec ad verborum explicationem dicenda putavimus.
Interim non ignoramus alios aliter sentire; Judæos quidem plurimi de consecratione tintinnabulorum ad cultum ceremonialē, ut ex iis ministeriū vasa conficerentur. Ita(3) celebres in illa gente

Viri

וקידשו לעשות כל טorth לזרקם לזרק
 ווליטות לבשך בשר ונחיבך לרוּ
 consecerabunt tintinnabula ad conficiendum vasa ministerii, crateres pro
 sanguine & ollas pro carne sacrificiorum multorum coquenda:
 Radak
 אוחם המצלות יהו קרש לה שיעשו כהמ
 סורות לבשך בהם בנית המקדש ואלה הנסוכים
 יט מפרשם שהם הקוטש' שיוטו במגנה כמו שאמר
 ווש מפרש סומי העולות השנה בהנה לחג הסוכות
 שיקרתו מצלות סומיהם לעשורת מהם פירחות
 לבשך בהם נבנית המקדש ופריש על מצלות תכאל
 כחוב ומפוח עלהם קרש לה כי יהו נזעים כי הם
 קרש ולא ייח אומם מהם לעצמו אפילו אחרית ונרבוי
 ד"ה מא על מצלות הסוס אמר רבי יוחשע בן לוי עתיד
 חקorous ברכך הוא להוטף על ארץ ישראל עד שעה שהסוס
 רץ ומצל פדרוש עד חצי היום שעשה הסוס על לעצמו
 מהרתו ורבי אליעזר אמר מצלות תחולות לסום בנו
 ipsa tintinnabula Domino consecrabunt,
 nam facient ex illis lebetes ad coquendum in illis in domo
 sanctitatis: sunt, qui per equos intelligunt illos equos, qui in
 plaga, de qua iam dictam mortui sunt; Alii de equis illorum
 exponunt, qui quotannis ad festum tabernaculorum celebran-
 dum ascendent, quinque equorum tintinnabula, ut siant exhibi-
 tis lebetes ad coquendum, consecrabunt. & expositi verborum
 indicat inscriptas quasi & insculptas illis voces
 קרש ליה
 sanctitas Adonai sic omnes cognoscant ipsa sancta
 esse, neque quisquam ex illis unicum in suum usum convertet.
 Et in verbis Rabb. p.m. reperimus, quid sibi verba
 על מצלות דסום volunt? Rab. Jelioschua, filius Levi inquit addet sanctus,
 benedictus Deus terra Israël usque ad illud tempus, quo equus
 currens umbram sibi facit, i.e. usque ad medium diem, quo
 equum infra se umbram caravit. Et Rabb. Eliezer dicit,

Viri, Raschius, Radak, R. Don Isaac Abarbanel, R. Salomon ben Melch, à quibus illustris Grotius non multum recedit, nisi quod illi de tertio diebus Messiae adificando, hic de secundo templo hæc explicet verba; sic autem ad h. l. scribit: *Quod coheret equi tintinnabilis, Deo sacrabitur, cinctus nempe eorum, qui solebat esse ex materia pretiosa & ornatus gemmis: hic qui domum redi-*

B 3

bunt

tintinnabula inter equi oculos pendentia sacra erunt Domino:
יעשו הכהנים מהם טוורת לבשך נחט אבנєfra
Sacerdotes ex illis facient lebetes ad coquendum R. Don Isaac
והרומנים שחוליכם בצעריו הסומים מהם
שקדישו אורות העולים לחוג ועשוי הכהנים מהם
פרורת לבצל בהם יהו רגבים כמורוקם שעוטרים
לפניהם המבנה לזרק את דמותם וווחר נכון לפרש שתורה
קורשת העם והכנעתם כל כך לפניו השם שלאי לבר
האששים נגידם קיראו נטה' בעלותם לירושלם
אבל נט' עלי מצלות הסומים שהם המקשישים
שווילו בצע ארוּם בעלותם טמא וכחטו וחוקקו בהם
קדש לה' כדי לפרשם שהם מומחהנום כי היה זה
בעיניהם לכבוד ולתחנחת והוא העולים שמה כלכך
רבים עד שוויו הסירורת בבית ה' רבות מאר כמורוקם
Malagranata collis equorum annexa Domini
non consecrabuntur, nam illa ascendentes ad festum dedicabunt & sacerdotes ex illis lebetes ad coquendum aptabunt,
numerusque eorum iantus erit quantum craterum, qui cor am
alcare pro sanguine spargendo stabunt; sed melior exppositio est,
tantam populorum sanctitatem & submissionem indicari, ut
viri Hierosolymam ascendentes Deum non solum invocaturi;
sed & eorum tintinnabulis tintinientibus & collis annexis in
scripturi & insculpti sint sanctitatem Domini, & hoc in il
lorum, qui festum celebrabunt oculis pro gloria & ornamen
to reputabuntur, multe runc ascendent, donec olla in domo Do
mini erunt multiplicate valde craterum instar coram altari.
Posteriora non displicant. Idem testatur Author libri
scilicet R. Salomon ben Melech, qui eadem, quo
jam ex Kimchi citavimus verba, habet.

bunt donaturos templo dicit: & paulo inferius, & Reges & Principes orientis omnes liberalitate in templum certarunt: Antiochus M. solus 20000. numos argenteos misit in usum victimarum templi olei & thuris teste Iosepho 12, 3. Demerrius parium numum ad victimas dedit 150. millia annua Ios. l. 13. c. 5. Verum allata expositio non placet. Non enim eo tempore quod hic praedicitur, cultus ceremoniarum obtainere debebat vel poterat, quemadmodum ex serie colligere licet, & inferius hanc in rem dicendi materia dabatur, adeoque litera non adeo urgenda est, ut pretiosum equorum cinctum templo donandum heic loci promitti afferamus.

S. 17. Christianos vero vel de Ministris Ecclesiae, vel de toto cœtu Christiano haec verba explicare, quilibet novit; Et illi & hi suas habent rationes. Illi quidem, quoniam multas inveniunt convenientias equos inter & pastores Ecclesiae, sicuti 1] equus praे aliis animalibus ob fortitudinem laudatur; sic ministri Ecclesiae à Deo animo forti ad portandum verbum per universam terram ornantur, largitur ipsis Deus Spiritum suāp̄s. 2] equus ab insidente se regi finit; Ministri à Christo quasi rectore pro lubitu reguntur, oraculo divino, veni & auxilio esto Macedonia cum Paulo obsequium praestant. 3] equus in bello hilaris in hostem cū alacritate incurrit; fidelis Ecclesia minister diabolum cū fiduciâ viatoris deportandæ aggreditur, circumcinctus verbi divini gladio hostes spirituales percutit vincitque. 4] equus velox currit, si calcar additur; Ecclesiae ministri velocem currunt cursum, quo Evangelii sermonem ferre per orbem & cum Apostolο gloriari possint, scilicet ab Hierosolyma ad Illyricum usque verbum divinum praedicasse Rom. XV, 19. Alii de toto cœtu Christiano explicant, quoniam alibi equo accomparatur Ecclesia, uti Cant. I, 9. ubi Christus loquens introducitur, comparo te, o dilecta mea, equum juncto Pharaonis, sic quoque Zach. X, 3. 2] inquit haec omnia de universa Ecclesia dici posse: Equi enim hoc in loco sacerdoti, in cuius lamina insculpta sanctitas Adonai, assimulantur; jam sub N. T. haecce differentia remota, & omnes fideles juxta promissionem divinam Ies. LXI, 16. sacerdotes, qui proprius ad Deum accedendi libertatem habent, dicuntur 3] egregia quoq; similitudo equum inter & Ecclesiam insti-tui potest. a) equi praे aliis animalibus eleganti gaudient forma, & à posse.

possessoribus variis ornantur ornamentis, Regis filia Ecclesia Christiana tota intro honorata & fundis aureis vestita Ps. XLV, 14. b) equi corpus robustum & forte in prælio; fideles à Deo, ad certandum certamen bonum vires accipiunt, imo, ut stare adversus infidias satanæ possint, universam illam à Paulo Eph. VI. descriptam armaturam Dei induunt. c) equus ab infidente pro libitu regitur, Deus suas juxta beneplacitum dicit, ipse solus est, qui eas in via rectitudinum ambulare facit. d) equus interdum à via recta aberat, & non nisi virgis in rectam redigitur semitam; fideles, quando peccant & à viis Dei recedunt, afflictionum flagellationibus castigantur, ut in posterum in viis Dei maneat, & neque ad dextram neque ad sinistram à Deo deflectant. Alias convenientias transimus; Interim liberum cuiquam judicium relinquimus. Putamus tamen ea, quæ supra in medium produximus, phrasi, textui convenientiora esse.

§. 18. Alterum, quod hic futurum enarrat propheta, extat in verbis: Et erunt olla in domo Adonai craterum instar coram altari, & omnes olla in Ierusalem & Iuda sanctæ erunt Adonai Zebaoth, & venient omnes qui sacrificare volunt, & sument ex illic coquenter in illis: commode, ut ego puto, hæc verba in duas subdividuntur partes, quarum prior & erunt olla in domo Adonai craterum instar coram altari, in qua subjectum vel res, quæ cum alia aliqua comparatur, & prædicatum sive res cui aliquid assimilatur:

§. 19. Subjectum propheta his verbis proponit וְוֹתָה הַסִּירֹות בְּבֵית וְוֹתָה וְerit [h.c. erunt] olla in domo Domini: hic primum quoad constructionem observandus a Cel. Glassio Philol. facr. libr. 3. tract. 3. p. 906. 907. annotatus canon: Verbum singularis numeri jungitur nomini plurali, quo notari distributionem dicunt: et si in omnibus emphasis hac non est: v. g. וַיֹּאמֶר כְּנָזֶר וּבְנֵי רָאֵב נֶאֱלָמָה וְdixit filii Gad & filii Ruben ad Mosen h.c. dixerunt, vel si mavis, dixit scilicet tribus filiorum Gad & filiorum Ruben ad Mosen Num. XXXII, 25. clarius 1. Samuel. XVI, 4. וְחִרְדָּן וְקַנְיָה הַעֲרֵר לְקַרְאָתוֹ וְאַמְרֵ שְׁלָט נָכָךְ trepidi accurreverunt Seniores urbis obviam ei, & dixie an cum pace accedis? h.c. dixerunt: exterum observant Philologi סְרִי in plurali masculino

kino spinas, [& uti Avenarius ad hanc radicem inquit, notare, quæ juxta ollas sub ligna majora conjiciuntur, ut iis citius succendatur & augeatur ignis] in plurali fœminino vero ollas significare; prior significatus Jes. XXXIV, 13, posterior in hoc nostro textu locum habet, quemadmodum ex substrata materia eluet. Ollæ autem usus varius, vel ad aquam capiendum, unde pelluvium Ps. LX, 10, vel ad cinerem, hinc urna Exod. XXVII, 3, vel ad coquendum carnes, idco cacabus Exod. XVI, 3, 2, Chron. XXXV, 13, qui specialiter ollæ usus etiam heic loci obtinet.

¶ 20. Quemadmodum alia in templo vasæ dupla vel tripla erant, uti Maimon. tract. c. 7. testatur וְכָל הַמִּדְשָׁן וְעֲבָדִים כֵּן שָׂמֵחַ בְּמִקְדָּשׁ הוּא לְהַזְּנִית שְׁנִית וְשְׁלִישִׁית שָׂמֵחַ טָמֵא הַרְאָשׁוֹנוֹת יְבָאֵוּ הַשְׁנִית תְּחִתִּית קָרְבָּנוֹת quo verba Eruditissimus Lud. de Camp. de Veil ita transfert: *Quæcunque erant in templo vasæ, omnia dupla, vel etiam tripla erant, ut si prima polluerentur, eorum loco adducerentur secunda, eadem verba in Mischna tract. cap. 3. §. 8. legi possunt: ita quoque multas, in quibus coquebant, fuisse ollas verosimilium est: materia harum ollarum vel testa vel metallum erat, hinc vas testaceum in quo sacrificium pro peccato coctum frangit metallicum autem in atrio abstergi & in aquam immersi debebat כי בראש שנתבשלה בוהחותאת האכלת טעון שכורה בעודה וכלי מתכוון שנתבשלה בו טעון שכורה ושטפה במיס בעודה שנא' וכלי חרס אשר התבשלה בו ישבר אף עלי פ' שלאי נאמר כאן במקומות קירושה ריקן בדין הכתובים מהكتب הנדר בקורש אף שנירה כלו חרס ושטפה כלו מתקות ומריקות בקורש ואחד כלו שבשלה בז או כלו שהערה להוו רוח coquitur sacrificium pro peccato comedendum, in atrio frangi, metallicum autem, in quo coquebatur, abstergi & in aquam immersi debebat: scriptum enim est Lev. VI, 21, vas testaceum, in quo coctum est, frangetur &c. licet hic non dicatur במקום קירושה ratione, ratio, sicuti vestis in sanctuario lavabatur, sic etiam testaceum frangebatur & metallicum immersabatur, acque in sancto defricabatur. Jam unum & idem est vas in quo coquitur & vas cui aqua fervida infunditur: sunt verba Maim. הלכות מעשה הקרבנות cap. 8. Ralchius reddit rationem, quare*

quare testaceum frangi debuerit, sic enim scribit ad Lev. VI. 2.
שבר לפי שהכלהעה שנבלעת כו נעשה נור והוא הרין לכל
הקרשים : ומורק ושוטף פלוט את בלעתו אברן כל
חרש למורי הכהוב כאן שאינו זונז מירן דופו לעולם
Consultissimus Breithaupt haec verba sic reddit; confringetur (ideo
autem confringetur) quia absorptio, que fuit in illo (vase) facta est
reliqua, id juris est quoad omnia sacrificia. (4.) Defricabitur &
eluetur, (hoc ideo fit) ut ejiciat (vasistud) absorptionem suam, ut
defictili vase docet te hic scriptura, quod illud nunquam fôrdes suas
abiciat. In his lebetibus sacrificiorum carnem coquebant 2. Chron.
XXXV. 13.

¶. 21. Verum harum ollarum destinandus est locus, qui est
domus Dei: Et erunt olla in domo Adonai: Prophetam ad taber-
naculum vel templum respicere nemo non videt, cum fere omnia
sequentia ad Judaeorum cultum sub V. T. alludant, brevem ejus
enodationem dabimus. Tabernaculum quod hic בְּבֹת dicitur uti et-
iam 1. Sam. I. 7. & templum 1. Reg. V. 3. 5. &c. 2. Chron. VI. 2.
Math. XII. 4. alibi מִזְבֵּחַ מִזְבֵּחַ הַעֲלָמָה, המשכן הַעֲלָמָה, הַעֲלָמָה.
וְהַכְלָה, אַהֲלָה טוּר. קְרֻשָׁן מִשְׁכָּן הַעֲלָמָה appellatur: Ejus definitionem Cl. Dominus Praes in disserta-
tione de tabernaculo ejus atrio & viasis ita tradit: Goodvr. Mos. &
Aaron cum annot. Cel. Hotting. p. 317. tabernaculum est magnifi-
cum & sacrum Regis Israëlitarum habitaculum constans duabus
præprimis partibus, ipso tentorio & circumiacente atrio ita com-
positum, ut urgente necessitate in suas partes dissolvi & transfe-
ri potuerit, in quo ille populum suum modo illustri rexit: ejus
erectio à Mose Exod. XL. describitur. si hujus tabernaculi atrium
adibis, labrum cum altari holocausti reperies, in ingressu in san-
ctum aram suffitius, lychnuchum, mensam atque panes proposi-
tionis videbis, si sanctum sanctorum ingressus fueris, in conspe-
ctum tibi venerant arca federis, Cherubini, urceus Mannæ, virga
Aharonis, liber legis, thuribulum aureum, & hæcce præcipua sunt

C taber-

(4.) Doctissimus Breithaupt vertit per sacrificia nam pro קְרֻשָׁן legit רָשֶׁךְ; ita enim ait in annotationibus suis ad Rascha-
um: cum רָאשֶׁךְ Daleth legendum juxta exemplar quo usus sum,
non vero קְרֻשָׁן cum רָשֶׁךְ Resch, prout corrupte in Basiliensiæ
editione habetur.

tabernaculi vasorum; Eadem easdemque partes habuit Salomonis temple, propterea ea repeteremus nolumus. Ex minoribus vasibus sunt olla, quarum usus maxime in coquenda carne sacrificiorum constabat. Nunc ordo requirit, ut etiam dicamus de

§. 22. Prædicato vel re cui aliquid accomparatur, quæ sunt crateres coram altari: מָזָק **מַזְקִין** nota phialam qua vinum bibitur; sic Amos. VI, 6. illi, quibibunt ex phialis vini, increpantur: in cultu Levitico hoc nomine appellantur illæ pelvis, quibus Sacrificiorum sanguis excipiebatur, & ex quibus ad altare spargebatur, Rabbinicè כְּלֵי אַרְקָה nominantur: Materia, ex qua conficiebantur, vel aurum vel argentum vel alia metalli species erat; tempore Mosis principes filiorum Israelis 12. crateres argenteos dono dabant Num. VII, 84. quo ævo quoque habebant æneos Exod. XXXVIII, 3. sub templo Salomonis partim ex ære partim ex auro erant, expresse enim legimus I. Reg. VII, 45. omnia vasorum que Hiram Regi Salomoni paravit, ex ære extenso erant, his vasibus accensentur, מַזְקִין crateres: & Salomo facere iussit pelvis, instrumenta musica, crateres, acerras & thuribula aurea ibid. ¶ 50. & 2. Chron. IV, 8. consule Ralbag ad I. Reg. VII, 50. Sub Templo secundo, si facultates Ecclesiæ permittebant, plurimum ex auro vel argento constabant; sicutum tamenerat eos quoque ex metallo facere, uti Maim. in cap. 1. his verbis testatur אף' המורקות והשפדרין והמנחות של מטבח העולה והמנחות אֶתiam crateres, verua & palas, אתון טל ווחב altaris holocausti & mensuras, si permittebant Ecclesiæ facultates, ex auro parabant, & in tractat. idem Cel. Judæorum Magister scribit, cap. 1. הנקות והקערות וכן כלי השרת כלו שרט המורקות שמקובלן בהן הרם ואשר כלוי השרת מין מתכוורת Acerra & Scutella & crateres, quibus sanguis excipiebatur, reliqua ministerii vasorum aurea vel argentea erant, licet tamen etiam erat ea ex alia metalli specie componere. Forma erat cuspidata, nam (uti notum) sanguis ex his pelvibus ad altare spargendus propterea ne coagularetur, partes ejus baculo atterere, aut cochleari agitare & movere debebat quidam sacerdos, ne autem patetam seponere posset, inferius (uti legitur tract. Mischa. מטה cap. 5.

לֹא הָיו לְבוּפִין שׁוֹלֵיֶת שְׁמַיָּה (⁹. ⁵.) cuspidatæ erant: נִיחוֹת וַיָּרֶשׁ הַדָּם pelvibus non erant lata funda ne deponerent, & sanguis coagularetur: clarus Barrenora, qui ad hæc verba ita commentatur רְחִינִים וְזָהָם לְמַעַלָּה וְחַתִּיחָה חֲדִימִים כִּדוֹ שְׁלָא וְכַלּו לְשֵׁב עַל הַקְּרָעָה שְׁמָא נִיחוֹת הַכְּהָנִים לשֵׁב עַל הַקְּרָעָה וְסִמְךָ וְסִמְךָ אַחֲרָה מְחֻמָּת שְׁחָם מְרוֹנִים וְשְׁכוֹנִים וַיָּרֶשׁ הַדָּם וְלֹא יְהִי רָאוּ לְוַרְק Superius lati, inferius autem acuti erant crateres, ne stare in sola possent, & ne Sacerdotes eos in solum seponerent, donec acceperant sanguinem alium, nam quia multa sacrificia offerebantur, saepe oblivioni tradebantur, & sanguis coagulabatur, ita ut ineptus ad spar-gendum redderetur: Usus craterum in exceptione & sparitione sanguinis maximè constabat, quod & Mischna tract. **וּמָמָא** cap. 4. §. 3. tradit **את רָמוֹן וְכַרְמָל** שְׁחָטוֹ Maetabat ipsum & crater eus sanguinem excipiebat, quem modum & Ethnici ob-servarunt, ut ex Virg. libr. 6. Aeneid. p. m. 387. patet

Supponunt alii cultros, tepidumque cruorem

Suscipiunt patéris.

Tum ex illis ad altare sanguis spargebatur, quod tantum per sa-cerdotes siebat, alias sparsio illegitima. Plura qui scire de his cu-pit, Maim: de sacrificiis & Mischnam adeat.

§. 23. Hi crateres dicuntur esse coram altari, cuius variæ va-rias dant rationes. Sunt qui existimant crateres dici coram altari, quoniam thure repleti coram altari positi fuerint, sed hi, qui hoc dicunt, errant, nam, t. ingens discriminem craterem inter & thuri-bulum, de crateribus sive מָרָק hucusque non inveni testimoniū, neque in scriptura neque in scriptis Judæorum, quod suffitum continuerint, hoc tantum de turibulo dici potest, & nul-lus ex Judæis, quantum novi, asseret esse vas, in quo suffi-men-tum aspergatur, omnes autem unanimiter testantur, fuisse vas, quod sacrificiorum sanguinem excipiebat & ex quo aspersiones ad altare siebant. 2. expressis verbis כְּבָתוֹת מְחֻרְחוֹת, qua ordinaria ad suf-fiendum vasa, & מָרָק à se invicem distinguuntur i. Reg. VII. 50. Forsan hanc rationem querunt in verbis לְפָנֵי הַמִּזְבֵּחַ quod de thuribulis ratione altaris suffitus dici potest, crateres autem non nisi die expiationis, in sacrificiis pro peccato Pontificis sum-

huius vel totius cœtus sanguinem suum ad aram suffundebant. Exod. XXX. 7. 10. Lev. IV. 3. 7. 17. Alii vero per מִזְבֵּחַ vas vino libando consecratum exponunt, sed & hi nostro quidem judicio errare videntur, qui jam supra allatis argumentis refutantur; phialæ autem, ex quibus vinum ad altare fundebatur, סָלִיל dicebantur, conf. targ. ad Num. XV. 7. & Raschium à Breithaupt translatum. Nominantur autem, ut ex dictis colligere est, pelves coram altari, quoniam animalium mactatorum sanguis iis excipiebatur, movebatur, ferebatur, ad vel supra cornua altaris spargebatur, & ad aræ fundamentum effundebatur, ut adeo optimo jure pelves coram altari audiant.

§. 24. Crateres variis usibus inserviebant, præcipue vero altari, coram quo esse dicuntur: vocatur autem in scriptura מִזְבֵּחַ à radice מִזְבֵּחַ mactavit, sacrificavit, & notat aram, nam circa altare sacrificia immolabantur Lev. I. II. Duplex autem erat, numerus suffitūs, holocausti alterum; illud in scriptura vocatur מִזְבֵּחַ מִקְרָרֶת Exod. XXX. I. in illo enim bis quotidie suffitūs adlebatur: alia de illo vide capite jam citato. Quod hic à nobis notandum, concernit usum rariorem, quando illud certis occasiis, quas supra enarravimus, sanguine conspergebatur. Lev. IV. V. 3. 7. 17. XVI. 18.

§. 25. Hoc vero מִזְבֵּחַ וְלֹהֶה altare holocausti, quod etiam vocatur æneum, quia ære obductum erat, si ejus descriptionem nosse cupis, adi Exod. XXVII. & eos, qui hanc materiam pertractandam sibi sumserunt, nostri instituti ratio non permittit, ut de altari cuncta, quæ dicenda essent, in medium producamus. Etiam hunc solum usum, qui nobilissimus & hoc maxime pertinet, memoramus, scilicet, sanguinem bestiarum communiter spartum fuisse circa illud Lev. I. 5. מִקְרָרֶת & spargent sanguinem versus altare conf. V. 11. c. III. 2. 8. 13. & in tot aliis locis. Ex dictis ergo constat, pelves coram altari dici posse de utroq; altari, holocausti & suffitūs sive exterioris in atrio & interioris in sancto, nec video rationem, qua de alterutro tantum exponam, utrumque enim dicitur מִזְבֵּחַ, coram utroque pelves sanguine referatae. Verum quidem sanguinem bestiarum sèpius in altari holocausti sparsum fuisse, at nihilo minus spargebatur quoque in altare suffitūs, & quidem in occasi-

caſionibus illuſtriōribus: conjungo ergo, quæ bene conjunguntur.

§. 26. Poſtquam literalem verborum ſenſum indicavimus, myſticum oſtendemus, eandem verò, quam in literali obſervabamus methodum, in myſtico tenebimus. In genere autem notandum vas in Scriptura pro homine reprobo vel electo uſurpari Rom. ix. 21.

2. Tim. II. 20 . in magna domo non ſolum vasa aurea & argentea, ſed & lignea & teſtacea, alia ad decus, alia ad dedecus, ſi quis ergo ſe iſum ab hiſ purgat, erit vas ad decus, ſanctificatum, uile hero, ad bonum opus paratum: imo hoc nomine Eccleſia Doctores inſigniuntur, hinc Paulus οὐδὲ οὐδὲ dicitur Act. IX. 15.

§. 27. In ſpecie olla non ſemel eſt ſymbolum urbis; cuius cives, ſicut caro, quæ coquitur in lebete, conſumuntur: ita Deus Jere-mia per ollam ferventem Judæorum excidium revelaverat Jer. I. 13. Clarius in Ezechiele, cui Deus per aquam fervidam, & offa & mombra, quæ in olla comburenda, ſuum erga Iſraelitas fervorem, & ira excandescientiam ultimumque Judæorum excidium mon-ſtravit Ezech. XXIV. 3-14,

§. 28. In textu noſtro has ollas ut typos fidelium, qui majori præ aliis fidelibus donorum mensura gaudent, conſideramus, nam [1.] ſicuri ollæ ad cultum Dei conſecrabantur; ita fideles ſoli Deo dedicantur, Deus ipſe eos ad cultum ſuum trahit, hinc fit, quod ſe ipſos anima corpore Deo, cuius ſunt, tradant. [2.] Per ta-lem conſecrationem ad cultum diuinum ollæ præ aliis ollis sanctæ habebantur, ollæ in domo ollas cuiuslibet privati hominis sancti-tate antecedebant, filii Dei, dum Deo ſacri fiunt, à mundo ſepa-rantur, purificant ſe ab omni inquinamento Sp. & carnis & ſancti-moniam ad finem uisque perducuntur. Cor. VII. 1. & quoniam à mun-do & iis, quæ in mundo ſunt ſegregantur, ideo sanctiores ſunt, opera tenebrarum odio prosequuntur, & vafa ſua in sanctitate & honore cuſtodiunt, & ad impuritatem aliorum vasorum non per-veniunt. [3] In ollis Levitæ ſacrificiorum carnem coquebant 2. Chron. XXXV. 13, non male hac in parte Levitæ Eccleſia pa-ſtores figurant, nam hi in fidelibus cibum Dei parant, dum cogni-tionem, fidem & charitatem per verbum, quod ignis instar, exci-tant & Deo gratum cibum coquunt, non ceſſant, donec ſacrificia Dei, Sp. fractum & contritum, ſacrificia iuſtitia coquunt, holoca-

sta, quæprospera consumenda, offerunt, imo fideles se non solum ut ollas, sed & tanquam sacrificia sistunt, qui corpora sua tradunt hostiam vivam, sanctam & Deo placentem, & ita per Christum aſſidue Deo offerunt sacrificium laudis, idest, fructum laborum (vel secundum Hoseam) Juvenos labiorum Hebr. Xlll. 15. Hof. XIV. 3. [4] Fideles sunt illi, qui ollæ instar per ignem probantur, per afflictiones enim secundum carnem judicis Dei, sicuti caro in olla, consumuntur, secundum spiritum vero, ut caro cocta hominibus, ita ipsi Deo, in gratum cibum evadunt, hinc per tentationes aliam naturam induunt, & ignis instar zelo pietatis ardent, variis temptationibus afficiuntur, ut exploratio fidei multò pretiosior exploratione auri, quod perit, & tamen per ignem exploratur, inventari iis esse laudi, & honori & gloria, quum revelabitur Christus I. Petr. I. 6. 7. hinc calamitates non semel igni I. Petr. IV. 12. Zach. Xlll. 9. & ollæ igni impositæ (ut superius probavimus) accipiantur. [5] Quemadmodum autem non omnes ollæ in terra Canaan domui Dei inserviebant, ita non omnes homines cultui Deo consecrati sunt; Sed ii tantum, qui fideles & ad dominum spiritualem pertinent, seque in usum ejus sistunt.

§. 29. Domum Dei autem Ecclesiæ typum esse in confessio est, hinc Ecclesia se penumero domus vocatur, uti prov. IX. ubi sapientia, quæ Christus, in quo omnes sapientia thesauri absconditi sunt, domum adificasse dicitur; clarius Hebr. III. 6. Christi domus nos sumus, simodo loquendi libertatem & spem illam, de qua gloriamur, ad finem usque retinuerimus. hinc etiam **הַכְלָם** templum Zach. VI. 12. 13. appellatur: quod etiam de templo Salomonis targ. ad Cant. I. 17. illustris hoc testimonio confirmat: אמר שולמה: כמה וְאֵי בֵּית מִקְדָּשָׁא רַיִן דָּתְבָנֵי עַל יְהוָה טָן קָסִי גָּזְלָמֵשׁ אֶבֶן יְתִיר וְהִי וְאֵי בֵּית מִקְדָּשָׁא רַעֲתֵי לְאַחֲבָנָה כִּיּוֹטֵי מֶלֶכָה מְשִׁיחָה רְכַשְׂתָוִי יְהוָה מִן אַרְצֵי **Salomo** רְגָתָה דָעֵן וְשִׁרְתָה יְהוָה סִן בְּרוּ וְשָׁרְבָנֵי propheta dicit, quam pulchra est domus sanctitatis, qua manu mea lignis cedrinis adificata, verum elegantior erit domus sancta in diebus Messiae adificanda, cuius trabes cedrina ex horio Eden, cuius trabes ex abietibus & cedri praestantis specie erunt. Egregia quoque convenientia templum vel tabernaculum inter & Ecclesiæ,

liam, cuius plures possent adduci similitudines, verum quoniam non ad nostrum scopum pertinent, illis, qui theologiam typicam per tractant, pleniorē deductionem relinquimus; nos vero in generalibus manemus, & pauca, qua huc spectant, profereimus i) quemadmodum Deus olim in tabernaculo vel templo habitabat Exod. XL. 34. 35. I. Reg. VIII. II. 12. ita Deus in corde cuiuslibet hominis fidelis habitationem figit, illi, qui cum eo unitus est, cohabitationem pollicetur, si quis diligit me, sermonem meum servabit, & venies ad eum καὶ μονὰς πάπι τοιότους Joh. VI. 23. ipse Christus ad Ecclesiam Apoc. III. 20. inquit: ecce, sto ad ostium, & pulsō, si quis audierit vocem meam, & aperuerit ostium, ingrediar ad eum, & cœnabo cumeo & ipse tecum: hinc fideles saepe ut templum Dei & Sp. S. I. Cor. VI. 19. III. 16. 17. & domus I. Petr. II. 5. proponuntur: (2.) Olim locus cultus erat tabernaculum vel templum, in quo sacrificia offerebantur, suffitus suffiebatur & alia cultus officia praestabantur; in Ecclesia, quæ domus Sp. S. vera sacrificia gratiarum actionis, Spiritus contriti sacrificantur, suffitus precum adoletur, verbum prædicatur ex ore sacerdotis: Sub V. T. nullibi Deus verè colebatur, nisi in Templo, gentiles erant adorati in mundo, sine cognitione Dei fœderati; sic Ecclesia unicus locus veri cultus, in illa sola Deus in Spiritu & veritate adoratur, cœteri cœtus Cananæorum conventus habentur, in quo non nisi impuri & à Deo abalienati.

§. 30. Cum crateribus olla in domo Adonai comparantur, vel olla crateribus similes futurae in nostro textu prædicuntur, qui quoque symbolum fidelium, uti ex convenientiis subsequentibus clarescat: (1) Crateres ex auro, argento vel metallo, materia pretiosa & firma conficiebantur; fideles in oculis Domini pretiosi, auro multò pretiosiores habentur, Deus magni habet illos, properterea eos quoque confirmat & metallo, ut omnem impetum absque fractura sustinere queant, similes facit. (2) Sicuti autem crateres à se invicem distincti erant, quidam aurei, alii argentei & alii ex metallo fuerunt, omnes tamen ad cultum Dei adhibebantur; ita Deus varios habet fideles, alium aliud superat, & licet omnes diligat, tamen uni præ altero majorem donorum mensuram concedit. (3) Hæ pelves animalium magistrorum sanguinem excipiebant, fideles

deles obedientiam Christi non impuram censem, ideo illam suscipiunt, amoris Christi recordantur, eum in cordibus suis habitantem sibi applicant, passionum ejus consortes & cum Paulo μυνται τοῦ χριστοῦ esse desiderant, memores dicti, quod consortes estis afflictionum Christi gaudete, ut &, quum revelabitur gloria Christi, gaudetis exultantes I. Petr. IV, 13. (4) Sanguis, ne coagularetur, moveri semper debebat; fideles sanguinem Christi, per sanguinem taurorum & hircorum præfiguratum in cordibus suis agitant, sive ne ineptus se aliosque cum illo spargendi reddatur, semper de obedientia Christi cogitationes movent, atque adeo nihil nisi Jesum eundemque crucifixum scire cupiunt. (5) Sanguis ex crateribus ad altare & aliquando ad alia vas spargebatur; fideles sanguinem Christi excipientes, cum illo Christum gratiarum actione quasi adspergunt, dicendo; A te hæc omnia accepimus, tibi, quæ nobis dedisti, reddimus, tibi meriti tui efficaciam ostendimus, tu nos ab omnibus nostris peccatis & conscientias nostras ab operibus mortuis ad serviendum Deo vivo, sanguine tuo purificasti, hinc quoniam sanguinis Christi copia justificati, alios justificare conantur & de beneficiis sanguine ejus partis instruunt, fructibus justitiae ad laudem & gloriam Christi impleti, nihil magis cupiunt quam consortes, ideo omnes vires impendunt, quo suffimento precum coram altari Christo pro aliis gratiam impetrant, ut & illi sanguinem Christi sentiant, & via ejus redēptionis & remissionis peccatorum certi sint. (6) Hæc olla non simpliciter craterum *instar*, sed craterum *instar coram altari futurae* dicuntur; credibiliiter fuerunt plures alii crateres in conclavi vasorum, quibus si opus, etiam ad sanguinem excipiendum utabantur; Sed quoniam expresse dicuntur crateres coram altari, tales intelligendi, qui sanguine bestiarum pleni sunt. Notantur ii, qui Christum fide amplectuntur, veluti Scriptura loquitur, pleni fide & spiritu Act. VI, 5. 8. in Christo απεληγμένοι Col. II, 10. ἐφαντισμένοι τὸ καρδιῶν σὺν συνέδησες ταῦτα aspersione purgari à conscientia mala Hebr. X, 22.

§. 31. Duplex erat altare, holocausti & suffitū; utrumque Christū adumbrabat, Matth. XXIII, 19. Illud, uti constat ex Hebr. XIII, 10. Aliquando hujus altaris quatuor cornua ex cratero aspergebantur, quod præfigurabat regnum Messiae in sanguine ejus fundatum esse,

nam

nam ut in nocturno, cornua in codice sacro idem sunt, ac robur, potentia;
hinc Christus, quando ut vindicta & redemptor populi sui proponitur,
~~ut ergo cornuta~~ Luc. l. 69. vocatur: Quoniam autem haec sparsio ad
quatuor cornua siebat, indigitare solebat Deus, Christi regnum
se ad 4. mundi plagas extensorum, ipsum dominaturum à mari uno
ad alterum, & à lumine usque ad fines terræ, Zach. ix. 10. imò sibi
hoc regnum proprio sanguine acquisitum. Act. XX. 28.

¶. 32. Hoc verò, ut patet ex Apoc. VIII. 3. 4. Altare hoc, uti dicuntur, datis occasionibus sanguine crateribus contento conspergebatur, v.g. in die expiationis, in sacrificio pro peccato sacerdotum & totius populi, quo nos docemur nullas preces ad Deum fusas acceptas esse, nisi in sanguine Christi. Gratiam celestem nobis obtinere, quoniam justitiam nostram abnegamus, atque in ea unicè, quæ coram Deo valet, approximamus. Coram utroque crateres, plurimi tamen coram altari holocausti, dici queunt. Indicatur recta communio fidelium cum Jesu Christo qua exinanito & qua exaltato. Electos fructibus justitiae Jesu Christi adimpletos jugiter in conspectu ejus versari, remissionem peccatorum unicè propter mortem Christi exspectare, nullam à Patre gratiam nisi per fidem intercessorem expetere.

¶. 33. Nec sicco pede transfundum, quod olla in domo Dei, sicuti crateres coram altari, futura dicuntur. Haec immutatio quoque mystica, atque nos docet i] fideles, qui haec tenus signem explorantis sustinere, nunc pretioso agni immaculati sanguine refertos fore; ollarum enim, ut igni imponantur, usus, sed crateres sanguinis receptacula 2] perpecciss variis afflictionibus, ad maiorem sanctitatem vi Jesu Christi fide apprehensi, perventuros; major enim craterum quam ollarum sanctitas, quo enim vas sanctiori usui, eo sanctius habebatur.

¶. 34. Altera secundi membra pars in his verbis consistit: & omnes olla in Ierusalem & Iuda erunt sanctæ Adonai Zebaoth, & omnes qui sacrificare volunt, venient & sument ex iis & coquent in iis, ubi nota & subjectum in verbis & omnes olla in Ierusalem & Iuda prædicatum: erunt sanctæ Adonai Zebaoth: 2 usum, omnes, qui sacrificare volunt, venient & sument ex illis & coquent in illis.

D

¶. 35.

§.35. Subiectum, quod attinet, distinctum ab illo in priori parte; in illa olla in domo; in hac omnes olla in Ierusalem & Iuda. Ollarum quippe usus communis, non solum in domo Dei sed & in Iudeorum domibus: ibi ad coquendum in illis sacrificia, maximè qua קְרֵשׁוּ קָרְשִׁים sanctissima nuncupantur. (Neque enim illa in Hierosolyma, multominus in alia aliqua urbe coquere licitum erat,) hic ad parandum cibum Iudeorum ordinarium. Erant ergo etiam olla in domibus Iudeorum. Puræ requirebantur, ut cibus in illis coctus purus secundum legem comederetur, hinc olla testacea, si quid impuri in illam incidebat, mox frangenda erat; ita enim legimus Lev. XI. 32. 33. Et res omnis super quam aliquide eorum (sc. animalium impurorum) post mortem suam ceciderit, immunda erit, ex quocunque sit genere instrumentorum ligno, aut vestie, aut pelle, aut sacco, denique instrumento quolibet eorum, quibus fit aliiquid opus in aquam inferetur, & immundum erit usque ad vesperam, deinde mundum futurum est. In quocunque autem vas testaceum aliquid eorum ceciderit, omne, quod intra ipsum fuerit, immundum erit, ipsum vero frangite. Hinc in ollis, quibus gentes vicinæ ad cibum parandum utebantur, ob impuritatem coquere Iudeis illicitum erat.

§.36. Vates speciatim exprimit ollas in Ierusalem & Iuda: Hierosolyma (uti omnibus notum) Iudeæ erat Metropolis, sanctitate super omnes alias urbes assurgens, incolis dives, maximè tempore festorum tum enim omnes federati & juxta legem puri confluabant atque in conspectu Dei læti festum agebant. Multitudini incolarum, vasorum cibalium, ollarum maximè, respondebat numerus. Videntur haec alias in Iudea puritate superasse, non solum, quia urbs sanctior, unde קָרְשׁוּ קְרֵשׁוּ קָרְשִׁים sancta urbs audit, sed & quia sanctiores in illa parabantur cibi & comedebantur, quod in alia Iudea urbe concessum haud erat. חֹדֶשׁ וּשְׂוֹק שְׁלַמִּים וּמְוֹרָתִים מִן הַתּוֹרָה טָהוּרִים מִאֵל נָזֵר וּכְרוּ בְּהֵמָה טָהוֹת In Hierosolyma tantum vesci licitum erat pettore & armo pacatum, de illo, quod à sacrificio landis oblatum nec non quod arietate Nazirai oblatum, pecudis pure primogenito & primivisi. Maim. in tract. בְּנִכּוֹרִים c. i. Et haec forsitan ratio, quare Propheta præmittat ollas Hierosolymæ ollis in Iuda, sive reli-

relicuis Judææ urbibus, Iudam hic accipimus pro terra, quam Iudei foederis divini consortes inhabitabant.

§.37. De his ollis ait Zacharias: *omnes olla in Jerusalem & Iuda erunt sanctæ Adonai Zebaoth.* Mundæ erant olla in Jerusalem & Iuda, sed non sanctæ. Sanctitas plus quam puritas, sanctitas insuper affirmat, ollas ad cultum Dei, tantum adhibendas esse, non ad usum hominum. Olla sacra & communib[us] eximuntur, certo ritu consecrantur, atque ita idoneæ, ut in iis sacer & Deo gratus cibus paretur. Non communes habebantur, sed sanctæ Adonai Zebaoth. Deus solus religiosi cultus objectum. Illi itaque soli, ut alia ita & olla consecrandæ. Ille יהוה אֱלֹהֵי הָרֶבֶת אֱלֹהֵי עֲמֹקָתָה. Apoc. I. 8. cuius nominis virtus, omnem eumq[ue] consummatissimum cultum illi, cui stud convenient, exhibendum vult.

§.38. Essentiali huic nomini additur, ut alibi saepe, ita maxime in Zacharia, *צְבָאֹת* Zebaoth vocabulum, quod denotat tempus statutum, quo referunt locum. Jes. XL. 2. *מָלוֹת צְבָאָה impletum est tempus functionis,* quamvis etiam de militia, vel bello, cui Israelites, ratione habita ad hostes carnales abolendos, subjecti erant, vel si maioris, impleta est militia vel inimicitia gentes inter & Judæos: dein significat exercitum in ordinem dispositum & ad prælium paratum x. Chron. VII. II. XII. 24.

§.39. Non inusitatum sacris paginis יהוה בְּנֹבָאות vocem nominibus Dei אלֹהִים &c. addere, hinc quidam (ex quibus Cel. Goussetius) nomen Dei proprium esse existimant, sed falso: nam I.) *בְּנֹבָאות* in pl. notat *exercitus* & creaturas omnes earum consonantiam & ordinem inter se ut & ministerium erga Deum, hinc omnes creature exercitus Dei vocantur, Angeli Ps CIII. 21. Stelle Deut. IV. 19. 2. Si *בְּנֹבָאות* esset nomen Dei proprium, sequeretur etiam alia Epitheta esse nomina Dei propria, v.g. de Deo dicitur quod sit אלֹהֵי הַשָּׁמַיִם וְאֶלֹהֵי הָארֵץ Deus cali & Deus terre Gen. XXIV, 3. & alibi Jos. III, 13. יהוה אַרְן כָּל הָאָרֶץ Adonai Dominus totius terre, nemo tamen *ארֵץ* & *שָׁמֵי* esse nomina Dei propria asseret. Glaff. Philol. sacr. libr. 4. tract. 3. p. m. 1265. 3.) observes velim, reliqua nomina Dei sepiissime solitariè ponit, nunquam autem Zebaoth, quod semper aliud adnexum & præmissum sibi habet. Objici solet, quod nomen Dei יהוה, quod semper addi-

tur, in regiminis statu non ponatur, sed semper subintelligendum est nomen אלהּ quod frequenter apponitur, uti Amos. VI. 8. 14. & alibi. Transeo argumentationem ex Rom. IX. 15. Jac. V. 4.

§. 40. Deo autem exercitus adscribitur, quoniam 1) ipse Dominus cœli & terræ, qui cum iis, tanquam suo exercitu in ordinem disposito & ad ministerium parato, facit quicquid vult Neh. IX. 6. 2) præsertim autem ei adscribitur exercitus ex hominibus, nam ipsos, qui per peccatum ad castra Satanae transferunt, & vasa iræ natura exstiterunt, per Jesum Christum in Sp. S. ad se trahit, ut sub principe exercitus Dei tanquam milites subditiserviant, ideo Ecclesia exercitus nominatur Jer. III. 19. talis hoc in loco Ecclesia per ollas Deo consecrata præfigurata proponitur, uti inferius dicimus.

§. 41. Quoniam ollarum proprius usus, ut in iis cibis ad comedendum paretur, additur: & venient omnes qui sacrificare volunt & sument ex illes & coquent in iis. Propheta loquitur de iis, qui sacrificare volunt. Verbum זכָר notat pecudem ad convivium mactare & mactatam in convivio edendam præbere, ita de Elia dicitur 1. Reg. XIX. 21. Refertur hæc vox ad sacrificia sub V. T. & destructiōnem atque mactationem animalis includit, quæ peragi poterat tum per personam privatam tum per publicam, postquam enim ille, qui sacrificare volebat, animali mactando manus imposuerat, illud occidendi potestatem habebat Lev. I. 3. 4. huc spectat testimonium quod Cl. D. Præses in eruditissima dissertatione de functionibus Laicorum circavictimam, ex Jos. Antiq. I. 3. C. 10. P. 91. edit. Colon. profert: *Αὐτὸς ἴδιωτες ὄντες τὰς θυσίας αἱρεῖται καὶ εἰσερχονται προς τὴν πρύτανιν μακτάντες τὸν βοῦν οὐκέτι οὐδὲ τὸν αγένταν*. Vir privatus holocautoma facturus mactat bovem agnum & hædum: mactabam quoque Levita, uti videre est 2. Chton. XXXV. 6. Sacerdotes vero mactasse extra dubitationis alcum positum Lev. XVI. ii. hinc Mischna mentionem factura functionum Sacerdotum circa sacrificium juge secunda fortiaddit מְשֻׁחָרֶת quis mactaret cap. 2. §. 3. ideo Barthenora ad c. III. §. i. tract. inquit: *בְּשַׂרְתִּי רְשַׁחֲתִי בְּשַׂרְתִּי כִּי פִסְךְּתִי דְמֹחֲלָת עֲבֹרוֹ הַתְּמִידָה וְאֵת וְרִיבֵּה לְרוֹא אֵת לְאֵת יְטִילוּ פִסְךְּ אֶתְנוֹ לְאָנֹצְעֵי עַלְהָוָה וְאֶתְנוֹ בְּהַלְכֵלָה mactatio legitima fuerit, si fiebat per alienum (qui non erat Sacerdos) constituerunt tamē eis sortem, quoniam macta-*

tio-

ti ministerii sacrificii iugis initium erat, quam vehementer amabant, quare dissidit præcavendigratis sortem projiciebat, mactatione facta pellem detrahebant, dissecabant, abluebant, sacerdos quidam sanguinem excipiebat, & ad altare diversimodè spargebat ignem ad aram adferebat, sed non permittebat institutum nostrum, plura de his differere, itaque lector em ad jam laudatam dissertationem ablego, cui addi potest disputatio de functionibus sacerdotum circa victimam, quæ nobis hæc omnia prolixè & solidè tradunt.

§. 42. Non tantum personæ, sed & earum officium indicatur, & sument ex illis & coquent in illis, vel uti Drusius reddit, sument ex illis postquam coixerunt in illis, prius enim coquebant, postea ex olla extrahebant carnem, ita per postquam vertendum Jos. vii, 25. **וְיָשַׁרְמּוּ אֶתְחֵדָה נַחַשׁ וּסְכָלִי אֶתְחֵדָה** & combusserunt illos postquam illos lapidaverant. מִל (uti notum) notat sumere, accipere, & בְּשַׂר quando de Messe dicitur significat mactescere, Joel. III, 13. Porro usurpatur de coctione, sive nunc fiat assando Deut. XVI, 7. 2. Chron. XXXV, 13. sive elixando; posterior tamen significatus saepius adhibetur. Coquere autem pro diversitate sacrificiorum poterat, vel Plebejus Deut. XVI, 7. vel Leuita 2. Chron. XXXV, 13. vel Sacerdos Exod. XXIX, 31. ubi Moses, qui Aharonem & filios ejus sanctificabat, tanquam sacerdos considerandus; & in Ezechielis templo Sacerdotibus locus coquendi destinatur Ezech. XLVI, 20.

§. 43. Quæ nunc ad litteram exposuimus, etiam mysticè explicanda: supra diximus ollas in domo Dei adumbrare fideles: non autem eadem sunt ollæ in priori membro, quæ in posteriori, quasi in primo membro concise prolata in secundo plenius exponantur: Nam in illo dicuntur ollæ in domo: in hoc in Ierusalem & Iuda; prædicatum quoque aliud quid indicat, nam illæ dicuntur *craierum* instar coram altari, hæ simPLICITER sanctæ. Arbitramur itaque notari quidem fideles, sed non tanta donorum Sp. S. mensura refertos, uti priores nec ad tam excellens ministeriu ordinatos ut illi,

§. 44. Intelligendi ergo fideles gregarii ab infidelibus sive ollis gentium separati, sanguine Christi sanctificati, se ad solius Dei, Regis potentissimi, nutum sistentes, variis fratrum usibus inservientes; nam 1) dicuntur olla in Ierusalem & Iuda sanctæ, quibus indi-

catur

Catur verbis, has ollas esse membra Ecclesiae (cujus Jerusalem & Juda ob cultum & sanctitatem præ aliis locis typi erant) quæ lavacro aquæ per verbum sanctificata, non maculata; sed sancta & inculpata sunt: 2) propheta ait *has ollas sanctas fore Deo:* i.e. Deo vero, non aliis Diis Sancti erunt, fideles soli Deo adhærebunt & servient, sanctificati per sanguinem Christi & Sp. S. sc. ipsos Deo consecrabunt tradentque, 3) *santa erunt Domino Zebaoth:* i.e. sc. ipsos fideles sîstent, ut sub Christo Archiduce salutis contra hostes animæ bellum gerant, imo quia ha ollæ sanctæ Deo exercituum prædicuntur. Prædictur simul multitudo, [quam exercitus præsupponit] & subiectio multorum populorum, hinc etiam non solum ollæ in Jerusalem & Juda, verum *omnes memoratorum locorum olla memorantur, quarum numerus procul dubio in Judea maximus erat.*

¶. 45. Non frustranea hartimollarum erit consecratio, nam *iis*, qui sacrificare volunt, utentur, quales procul dubio sunt spirituales N. T. Sacerdotes, qui non semel ut sacrificantes & Deo per institutionem aliorum sacrificium spirituale offerentes proponuntur. Clare hac de re loquitur Jes. c. LXVI, 20. 21. nam *Ipsi sacrificare Evangelium, ut oblatio gentium fiat accepta Rom. XV, 16.* Ipsi enim veniunt, ad Christum appropinquant, vera fide accedunt, cum promptitudine Evangelium proponunt, ut gratum in gentibus odorem efficiant: hi sumunt ex vasibus & coquunt in illis, vel sumunt ex illis postquam *coixerunt in iis:* quibus verbis nos docet Propheta 1.) Ecclesiae Doctores in fidelibus sive vasis misericordie doctrinam Evangelii paraturos, postea ex illis carnem sacrificiorum spiritualium sumturos, ut comedant & coram mensa stratum habeant, fructu operum suorum vescantur, & ita impletur in his illa Jefaiæ LXI, 6. prophetia, Sacerdotes Domini vocabuntur & ministri Dei nostri dicentur, gentium opibus vescentur & earum gloriam prædicabunt, 2.) Hæc yatis mens est: sc. non cessabunt Ecclesiae Doctores, donec per continuum verbi divinitatem, & perpetuas fidelium meditationes aquæ fervide instar ebullientes, sermonem Dei quasi in substantiam illorum mutarunt & eos zelo igneo impleverunt.

S. 46.

§. 46. Interim neminem fugit Judæos hæc verba exponere de templo tertio ædificando & sacrificiis restaurandis temporibus Messiae ; ita celebres in illa gente Magistri , uti jam ex eorum libris monstrabimus , scribunt : Rab. David Kimchi
 והיה הסירות נביהת ה כמורקיט ט רנים כמורקים וכן
 חרנס יונתן סניאן כמורקיא כמו שיחו ריבס המורקי
 בכנותה לזרוק כהט הוּם כי הוכחות ויהו ריבס כי כל
 הבאים להונג ימיוא זכויות : והוה עוזר ירבו הסירות לרוב
 הוכחות כי לא יספיקו להם אוטם שיחו בכבר המקדש
 אלא כל סר בירושלם וביהודה יוזו קרע לה' לבשׂת
 כהט זבחו שלמים וכשבאו האנויות הוכחות יקחו מהם
 i.e. verba : (& erunt olla in domo Adonaisicui crateres , & ollas) exponenda sunt de aequali numero craterum & ollarum , ita
 verit targ. Jonathan : סניאן כמורקיא multæ (ollæ) craterum
 instar : nam quemadmodum plurimi erunt in domo Adonai pro san-
 guine spargendo crateres , quando permulti erunt , qui sacrificia-
 bunt , etenim omnes , qui festum celebraturi venient , sacrificia
 adducent , ita olla secundum offerentium numerum augebuntur ,
 tamen in domo Adonai non carebunt , idcirco qualibet olla in Jeru-
 salem & Iuda ad coquendum sacrificia Eucharistica Domino con-
 secrebuntur & quando gentes sacrificatura accedunt , sument ex il-
 lis & coquent in illis . Abarbanel
 הנה להויה לאומים ונימס כאותם ונימס כאותם כבירות
 באים להונג אתח הסכורות יובנו הוכחות וחותמות כבירות
 המkräש ולפי שלא יספיקו להם הסירות אשר יבשלו כהט
 במקדרש תחיה כל ירושלים להם למkräש ולן כל סר
 בירושלם וביהודה יהיה קדש לבשׂת כהט זבחו שלמים וכאשר
 ecce multi erunt populi , qui ve-
 יבואו האנויות הרכוגנים יבשלו כהט
 nient , ut tabernaculorum festum celebrent , ideo sacrificia & olla in
 domo sancta multiplicabuntur , & quoniam non sufficient ipsis olla
 coquendi in Sanctuario , tota Hierosolyma pro Sanctuario putabitur ,
 ideo omnis olla in Jerusalem & Iuda sancta erit ad coquendum sa-
 crificio Eucharistica , & quando gentiles dies festos agitaturi veni-
 ent , coquent in illis .

§. 47. Falsam esse Judæorum opinionem paucis probabimus &
 ita quidem ex ipsa textus nostri [ex quo cultus restorationem con-
 firmare conantur] prophetia : Vates prædicti olla similes fore

GRASE

crateribus coram altari; jam si considerabis crateres & ollas, quæ olim sanctitate à se invicem distinctæ erant, dum illi has superabant, videbis non legis restaurationem sed potius immutationem doceri: dein omnes olla in Ierusalem & Iuda sanctæ erunt Adonai Zebaoth, & omnes, qui sacrificare volunt venient & sument ex illis postquam coixerunt in illis: ita autem ex hoc loco argumentantur, mentio sit ollarum, sacrificantium, Hierosolyma & Iudea, quæ omnia legis restaurationem innunt; sed hoc nihil pro iis probat, nam an inquam sub V. T. omnis olla in Ierusalem & Iuda sancta fuit? minimè, potius concludere quis posset discrimen ollarum abolendum esse, quod non legis observationem, verum potius immutationem docet. Porrò nostri textus prorsus nihil habet de sacrificiis carnalibus, alias ipsis destinasset locum, qui templum extra quod offerre Ifraelitis non concessum erat. Sed inquit Abarbel, quoniam non sufficient ipsis olla coquendi in sanctuario, terra Hierosolyma pro sanctuario erit: Verum tali modo lex non servatur, sed aboletur, quoniam sub V. T. non nisi unicum sanctuarium erat; dein quare non etiam de tota Iudea docet, quod de Hierosolyma prædicat, cum tamen ejusdem sanctitatis futuræ prædicantur ollæ in Ierusalem & Iudea? 2] Sacrificia alligabantur ad terram Canaan & templum Hierosolymitanum, quum autem tam terra quam templum, in quo Deus ignem & focum habebat, anathemate percussum sit, atque Deus nullibi ejus reædificationem promittat certò concludi potest, sacrificia in æternum abrogata esse, licet Iudæi, præsertim Abarb. ad Hag. II, 9. Tertium effingat: imo meliori Ecclesiæ statui non conveniens esset ad unum locum alligari, vel quomodo alijs nomen Dei in universa terra magnum esse potest, nisi in toto orbe manifestetur atque celebretur. Eleganter hac de materia loquitur Malachias cap. I, 11, ab ortu solis usque ad occasum magnum erit nomen Dei in gentibus & in omni loco suffimentum offeretur nominis meo & manus purum quia magnum nomen meum erit in gentibus, ait Adonai exercituum, sub V. T. suffimentum non nisi in templo adolere licitum erat, hoc in loco autem promittit Deus, in omnilioco suffimentum purum accendum esse, & si ab ortu solis usque ad occasum nomen Dei magnum in gentibus, quomodo ad Hierosolymam adstringi potest, certe
im-

impossibile esset, ut omnes gentes ex quatuor mundi plagiis Hierosolymam ascenderent. 3.) Cui usui sunt sacrificia, ipsa enim peccata expiare nequeunt, in quibus tamen peccatorum remissionem querunt Judæi, nam impossibile est, ut sanguis bestiarum peccata delectat, plena expiatio ad Messiam asservata atque per ipsum praestanda, hinc Ps. XL, 7. 8. victimis & fertis non delectaris, holocaustum & sacrificium pro peccato non petis, tum dixi, ecce venio, in volumine libri scriptum de me: ad faciendam voluntatem tuam oblector, & lex tua in medio viscerum meorum, ex Ps. L, 7-15 23. 4.) denique ipsi Judæi, saltem nonnulli, nobiscum legis abolitionem credunt, vel quid magis fugiunt quam esum porcorum? tamen dicunt Messiam illum restitutorum, quod Hornbec, in tract. de convertendis Judæis libr. 7.c. i. p. 465. testimonio ex Abarbanel probat: dicunt sapientes laudata memoria, quare vocatur nomen ejus רְמַנֵּה b.c. porcus quia Deus restitutus est לְזָהָרֶב eum ad Israelem: huc quoque valet illud, quod ex Elia Levita citari solet, quod duobus millenariis mundus ante legem, duobus sub lege, duobus sub Messia futurus sit, quum autem priora 4. millenaria ad finem perducta sint, Messias manifestatus atque lex abolita est.

§. 48. Sed, ne tantum Judæos convincere videremur, Judæorum refutationi quedam argumenta, quæ Christianos in veritate confirmant, subjiciemus 1.) finis sacrificiorum erat, ut essent typi sacrificii Iesu Christi, cum autem antitypus venerit, cedere debet typus, sive sub V. T. peccata Judæ exarata erant in tabula cordis eorum & ad cornua altarium, nunc autem postquam peccata obsignata, & iniquitates expiatæ sunt, æterna autem justitia adducta, sacrificia & festa cessant; Typos autem in Christo impletos esse, jam multi ex nostris Theologis contra Judæos demonstrarunt. 2.) Lex paedagogus erat ad Christum, quum autem Christus iam dumum venerit, Ecclesia à Paedagogis liberata est Gal. III, 24. 25. IV, 1. &c. 3) Per sacrificia populus Israel præter alia statuta à reliquis populis discernebatur, quum autem hoc discriminis sublatum sit, sublatu simul est finis, nam jam nomen Dei inter gentes, quæ purum fertum obtulerunt, glorificatum est: 4) Persona, quæ sub N. T. sacerdos, Christus solus est, qui ex tribu Juda, non Aharoni, non habet successores uti Aharonici, & hoc argumento Paulus ad de-

E.

mon-

monstrandum legis abolitionem Hebr. VII. utitur 5) foedus gratia sub V. T. ob-signabatur per sacrificia, pangebatur in monte Sinai, Deus autem Ecclesie N. T. aliud foedus a Sinaitico (non quidem quoad substantiam sed modum ob-signandi & Oeconomiam) distinctum pollicetur Jer. XXXI. 6) Deus gravissime illos reprehendit, qui sub N. T. sacrificant Ies. LXVI, 3. & quid opus multis hanc nostram veritatem firmare argumentis, quum jam 7) Apostoli in concilio Hierosolymitano Act. XV. & Paulus in suis epistolis praesertim autem in illa ad Hebreos id praestiterint.

§. 49. Sequitur nunc tertia Dissertationis nostrae pars, qua in his verbis: *Et non erit Cehahanaus amplius in domo Adonai Zebaoth die illo.* Vocabulum כְּנָעַן ortum habet à Canaan & hoc, ut putat Doctissimus Hillerus, ex כְּנָעַן humiliavit & כְּנָחַ depressit, qua ratio nominis optime quadrat, nam Canaan nepos Noachi Gen. X, 6. forsan quia peccatorum patris sui vestigia secutus, ab Avo suo maledicebatur atque cum posteris suis servus servorum fratrum suorum constituebatur Gen. IX, 25-27. qualis status humillimus; Ab hoc Canaane Hettæi, Hevæi, Jebusæi, Perizæi, Amorrhæi, Gergesæi &c. qui uno nomine Cananæi dicebantur, ortum dueunt. Vox haec in sacris plurimum, si non semper, posteros Canaanis notat. Sunt tamen qui hoc praesertim in loco potius mercatorem indicari putant, nam quoniam Cananæi exprimis, qui mercaturam excoluerunt, habentur, factum ut communiter mercatores hoc nomen sortiti fuerint.

§. 50. Priorem notionem defendit Joseph Kimchi, uti filius eius Dav. Kimchi ad h. l. refert וְאַתָּה פָּרוֹשׁ כִּי עַל נְבוּנוּסָה אמר שהו חותבי עזם ושואבי מים בבית המקדש לא יהו עוד כי מגדולי הגוים יהו עוברי הכהנים וכן פ' וונם מהר מארך לכהנים וללווי. Dominus parens meus b. m. explicat de Gibeonitis, qui ligna secabant & aquam in templo hauriebant, sed non uelerunt ibidem, nam gentium magnates sacerdotibus servient; sic quoque intelligit verba, sumam ex illis pro Sacerdotibus & Levitis Ies. LXVI, 21. Hujus vestigia legere videtur Drusius ad h. l. quos Aben-Esra refutans ita scribit כְּנָעַן סָמֵךְ אֵין לֹא טָעַם כִּי זֶאת הַשְׁפָחָה אֲנָה יְהוָה וְהִיא qui Cehahanaus proprie exponit, non habet verborum sensum: talis enim familia hodie non reperitur.

§. 51.

§. 51. Sed posteriorem tenent ex Judaeis Jonathan, Aben-Esra, Kimchi, Abarbanel quibus ex Christianis calculum album adjectit Arias Montanus aliisque. Targ. Jonath. tempore illorum non erit ulterius in domo sancta talis, qui mercaturam exercet, AbenEsra Cenaani est mercator Radack לאן וצטרך ניתה עוד לסוחר שימכו ש סירות או נשחת לעשות מהם סירות כי רכיבם יהו המכנברו המקישיש Domini Dei non necesse erit negotiari ad emendum ollas aut cuprum conficiendi ex illo ollas; multi enim qui liberaliter offerent Domino (yasa) consecrabunt: Abarb. וטוכר נשד לאכל מהסורת כי כולם יהוה קדר וכנענו חור ג' non erit homo in Jerusalem & Juda, qui ad comedendum ex lebetibus emet aut vendet carnem, nam omnes Domino sancti erunt: & Cenaani est mercator, secundum id quod dictum est Jes. XXIII, 8. Mercatores corum magnates terræ.

§. 52. Aliam adhuc à superiori memorat Raschius אין כאן עני quasi vox ex duabus composita non erit ibi pauper: quasi vox Caineni exduabus scribit ibi pauper: Ita quoque verba intelligit Abarbanel, qui ita scribit ורשׁ' הבא דבר אחר Caineni מלשון עני וחסר לחם מרוב Raschius profert aliam opinionem, exponens Cainani de paupere, qui pane destitutus (non erit) eo quod multas ibi elemosynas erogaturi sunt,

§. 53. Ut in judicio nostro ab ultima incipiamus, illam à vero recedere maximè arbitramur, 1) haec significatio in hac voce non latet 2) falsum quam maximè est derivari ex Caineni & עני etenim hoc ab indole linguae hebraicæ alio num 3) Deus Ecclesiæ nullibi promittit divitias, neque in iis Ecclesiæ prosperitas consistit: licet enim Ecclesia opibus careat, tamen pietate & bonis spiritualibus possidere potest, imo impii plurimi in hac vita tranquilli sunt & vires agent Pif. LXXIII, 12. nihil enim homini divitiae prosunt, quando non simul in Deo est dives, potius interdum offendicula sunt Matth. XIX. imò contrarium Apostolus docet, 1. Cor. I, 26-28.

§. 54. Assurgimus ad secundam, quæ, ut vidimus, plures habet patronos. Nihil quidem legimus, Deum, ut mercator in domo sancta esse, ordinasse, attamen posteriori tempore, tum cultus facilitanditum turpis lucri cui inhiabant gratia, negotiatores in templo fuisse, tam monumenta sacra quam Judaica probant. Illa Joh. II, 15. ejicit Christus ex templo rā ἀρέτα ηγή τὸς θεού ηγή τῶν κολυμβητῶν ἐξέχει τὸ κέρμα ηγή τὰς τερατίκας μέτερπειας ηγή τοῖς τὰς αθερεγες πολύσιον εἶπεν. "Ἄρτε ταῦτα εἰπεῖθεν. Μη ποιεῖτε τὸν θεον τὸν πάτερα με δικον ἐμπορίον DOMVM NEGOTIATIONIS. Si amilliam habes historiam Matth. XXI, 12. ejicit πάλις τὸς πωλητῶν ηγή αὐτοφύοντας εἰ τὸ ιερόν omnes ementes & vendentes in templo. Hæc: hinc Cel. Lightfootus plurima testimonia ex scriptis Judeorum in horis suis talmudicis & hebraicis ad Matth. XXI profert, ex quibus pauca ad illustrationem dabimus: recensetur Hieros. Jon: Tobh fol. 61, 3. historia de Baba ben Buta: *Veniens quadam die Baba ben Buta in atrium, vacuum pecoribus illud reperit. Desolentur, inquit ille, domuseorum, qui desolatam reddiderunt domum Dei nostri. Accersivit 3000 oves ex orbibus Kedar, & post examen, an absque labe essent, eas induxit in montem domus: & Talm tract, Shekal cap. 3. opus est, ut habeat unusquisque hemisclum, quem pro se persolvat. Cum ergo accedit ad trapezitam, ad sculum mutandum duobus hemiscoliis, lucrum ei aliquod reddere tenetur, quod vocatur [קילבון] duoque cum unum sculum pensant, שניהם חיבין בקהלון uterque tenetur ad lucrum, vel redditum istum etiam persolvendum: tandem Cherithib cap. 1. halac. 7. עמו קנים ברושלים Venibant aliquando columbe Hierosolymis denariis aureis: unde dixit Rabban Simeon ben Gamaliel זהה והמען per templum hoc, ego non recubabo hac nocte, nisi veneant denariis argenteis, &c. Ingressus Synedrium sic statuit. Andicet quinque puerorum indubitatorum, aut quinque profluviorum indubitatorum teneatur tantum ad oblationem unam: unde venibant columbe ipfissimo isto die duobus quadrantibus. Videntur ergo mercatores ab aliquo tempore in domo Dei fuisse, quod valde indecorum ex domo Dei domum negotiationis facere, vel saltim ibi, ubi soli Deo serviendū, mercatura locum relinquere. Mutandum itaque feliciori tempore, & non erit ulterius mercator: quod magna cum verosimilitudine*

litudine dicitur, nisi, quod quidam volunt, obstat **נָבָעַ** nullibi noctare mercatorem, attamen non male hic refertur locus Prov. xxxi, 24. & cetera quæ eandem cum **נָבָעַ** derivationem habent, loca, Hof. XII, 8. Job. XL, 25. hinc & aliud nomen **כְּנָעַן** mercem nocti Jer. X, 17. Non repetam ea, quæ superius ex Rabbinorum scriptis protuli, qui hanc vocem communiter reddunt *mercator*.

§. 55. Ut in transitu moneamus, nihil hic scribitur in gratiam Anabaptistarum mercaturam ex republica Christiana eliminantium: nam 1) hoc in loco non de mercatore in republica politica, sed in domo Dei sermo est 2) Ipsi scriptores sacri, qui mercaturam nullibi prohibent, regulas iustitiam in illa exercendi præscripserunt Lev. XIX, 37. 38. 1. Thess. IV, 6. 3) Cum insigni reipublicæ & hinc etiam Ecclesiæ commodo inserviat, mercatura omnino concedenda, nam per illam nos & posteros nostros alimus, pauperes & Ecclesiam exsuperfluo juvare possumus. Fraudem tamen atque nimium lucrum à mercatore Christiano procul abesse debere aliunde liquet, atque quilibet ratio docet.

§. 56. Restat ut adhuc dicamus de prima. In confessu vocabulum in textu Cananæum notare Gen. XXXVIII, 2. unde **כְּנָעַן** terra Canaan à primis incolis qui illam inhabitabant Ezech. XVI, 3. Hi autem Cananæi, qui more aliarum gentium idololatriæ, inter & circa Judæos habitabant, iis maximè noti erant: unde factum, quod & alia gentes verum Deum non cognoscentes hoc nomen Cananæorum in latiori usurpatione sortitæ fuerint. Prorsus, quod contigisse novimus vocabulo **אַלְמָן**, quo omnis à fide Judaica alienus venit, sive sit ex Latio, sive ex Græcia sive alia aliqua ab infidelibus inhabitata regione oriundus.

§. 57. Gens Cananæa Judæos hostili animo prosecuta est, hinc & eorum sacra contentim tractavit. Ea quoque sceleratam agebat vitam, hinc hæc vox etiam videtur notare pravos & sceleratos homines, ideo Judæi ob morum pravitatem & sceleratam vitam, in qua gentilibus similes erant, ortum è terra Cananæorum duxisse dicuntur, Ezech. XVI, 3.

§. 58. Ex dictis itaque significatus satis certus, supereft tantum, ut probemus Cananæos in templo tempore Zacharie velante ipsum vel

vel post ipsum fuisse: dicitur enim in textu *non erit ulterius Canaanus in domo Adonai Zebaoth*: E. prius erat; nam i) à tempore Iosuæ in tabernaculo & postea in templo erant Gibeonitæ, qui nati ex Cananæis Jof. IX, 27. 2) Plurimi ex gentilibus, maximè ex Cananæis, templum Hierosolymitanum concendebat, quo respicit Salomon I, Reg. VIII, 41. 42. Præprimis 3) post captivitatem Babyloniam quando tantam sacra sua occultandi & gentiles à monte templi abigendi licentiam non habebant Joh. XII, 20. Credibiliter gentes Judæis in templo sepissime graves fuisse, & eos in cultu impeditivisse, taliaque loca intrasse, quæ sanctiora habebantur, quam ut ab Ethniciis calcarentur, quæ ratio fuit exstructi muri intergerini, ut intra illum nullus alienigena intraret: *huc spectat testimonium, quod Cel. Dn. Hottingerus in Goody. M. & Aar. cap. de templo, annot. 14. ex Jof. L. VI, 14 p. 359, habet: sc. murum intergerinum erectum fuisse præsertim pro Græcis & Romanis, quis expissime templum adibant, ideo columnas illas ἐναντίοις τοις πυραϊδαῖς Græcis Latinisque literis inscriptas fuisse μὴ δειν ἀλληλοις τοῖς τέ ξύλοις παρελθεῖν. Non debet alienigena in locum sanctum transire.*

J. 59. Non autem indicare vult Propheta, Judæos gentibus ad extimos terræ fines propulsatis, sine impedimento, (quod hactenus non potuerunt) in templo terrestre cultum sacrificiorum peracturos, minime! nam cultus ceremonialis unico loco monti Moriah alligatus cum statu, de quo loquitur Propheta, stare nequit, etenim prædictitur hoc tempore Dominum Regem super totam terram, Adonai unum & nomen ejus unum futurum, residuas ex gentibus, quæ venerint contra Hierosolymam, ascensuras de anno in annum, ut incurvent se coram Rege Adonai exercituum, & ut celebrent festum tabernaculorum v. 9. 16. sed queritur, quomodo hæc duo una consistere queant: sc. gentes ascendent Hierosolymam celebrandi festum tabernaculorum: & non erit ulterius Canaanus in domo Adonai Zebaoth? modo vero attendas ad totum caput & nostrum textum aliaque scripture loca, animadvertes hæc duo sibi invicem non contrariari: nam i) sicuti ille, qui sub V.T. ex Gentilismo ad Judaismum transibat, ulterius non Canaanus habebatur, ita erit sub N.T. qui religionem Christianam apprehendet.

plectetur, nō gentilis sed Christianus putabitur 2) totū caput inuit gentes cū Judaeis conjungendas esse, & ex iis unū populum futū, cuius unicus Rex Messias, cui⁹ unic⁹ Deus Dominus exercituum; imò si gentes festū tabernaculorum celebrabunt, certò non amplius gentes sunt, nam si nulli gentili licitum erat festum tabernaculorum cum Judaeis agere, multo minùs sub N.T. gentilis spirituale festum agitabit, intelliguntur itaque conversi ad Christum, adeoque discrimen illud Judaeos inter & gentes abolebitur: 3) non erit ulterius Cananeus in domo Adonai exercituum: Dominus qui potens sufficiens & verus Deus in domo sua spiritali non habebit impuros, non agnosceret discrimen, idè Judaeos & gentes convertet, ut homines natura gentes, non Cananæi, sed servi Christi habeantur: sicut hoc omne in domo Domini exercituum qui domum habet ex Judaeis & gentibus, cuius populus numerosus maximè: 4) alia scriptura loca convenienter, ut totum cap. XI. Jesiae: Jes. LXV. hinc Christus non solum Judæorum; sed & gentium lux Jes. XLIX, 6. adeoque gentes non disjungendæ, sed potius cum Judaeis conjungendæ, ut ex iis unus populus fiat, quod implementum abunde probat.

§. 60. Ea, quæ eventura juxta vatem, exposuimus. Exponendum nunc quoque tempus, neque enim priora certò nosse possumus, nisi tempus, in quod incident, cognoscamus, quoniam autem id probenoscere interest, Vates diaboli vicibus in diabolis committibus indicavit בָּיִם הַזֶּה in die illo: Notum interdum ὅποι die ex 12. horis, vel pro die & nocte vel pro anno accipi; in scriptis prophetarum jam totum N.T. tempus, jam eius initium, progressum aut finē notare: hoc in loco de toto tempore N. T. intelligendū esse existimamus, adeoq; nota longum aliquod tempus. Deo enim brevissimum tempus, quale dies, est, quod nobis longissimum videtur; hanc autem notionem valere, facile subiecta materia docebit, tenui quæ longum exigit tempus. Inscriptio phaleratum, sanctitas Adonai, & alia quæ sequuntur ad breve tempus restringi nequeunt. Dein Phraseologia docet intelligendum esse tempus notabile, quod nemini, qui præclara numinis opera novit, ignotum, tenui quod notissimum insignitur: in die illo: hac præprimis uertitur Zacharias noster c. III. 10. XII. 9. 10. XIII. 1. XIV. 1. de N. T. aut parte ejus loquens. In hoc nostro loco, de N. T. accipimus, quem admodum ex contentis & nexus clarescit; festum illud tabernaculorum

lorum, de quo in antecedentibus, jam initium sumserat post V.T.
abolitum, & durat usque ad finem mundi, cum hocce autem festo
tabernaculorum textus noster connectitur, ad docendum haec co-
dem tempore implenda esse.

§.61. Vaticinium hoc (uti superius §.18, ostendimus) temporibus Maccabaeorum impletum esse, Illustris Grotius existimat, sed sine causa: etenim 1) series & connexio verborum aliud indicat: nam jam c. XLI. de Messia passione prædixerat Yates, hancce sequitur plaga, quæ statim post Christi tempora animadversa, porrò pergens ostendit ultionem Dei in hostes inferendam, cum qua connectitur conversio gentium ad festum tabernaculorum confluantum, quod certò non sub secundo templo impletum, nam eo tempore nomen Dei non unicum erat, neque in renuente plaga animadvertenda adimplenta: 2) Imò ipse textus noster Grotium refutat, nam vel ad idem tempus totum hoc vaticinum referendum vel non: posterius dici nequit, verba enim & in die illo super phaleris equorum erit sanctitas Adonai &c. ad unum diem reperfuntur: priùs ergò probandum, quod ipse Grotius intermisit. Neque hoc vaticiniorum implementum monstrare, si quis prophetiz pluribus partibus constantis unam aliquam, non servato reliqua-
rum nexus in historia consimilem detegit.

§.62. Tandem nostrum est verum vaticinii implementum mon-
strarre. Impletam esse hanc prophetiam nullus dubito, quod clari-
ficit ex sequentibus 1) ex nexus nam ab initio capituli XIV. vates
prædixerat excidium Hierosolymitanum sub Tito, conjungitur ceu
ia idem tempus incidens gentium conversio: v.g. *Adonai Rex erit
super totam terram, die illo erit Adonai unus & nomen eius unum:*
quæ verba de regno universali accipi nequeunt, nam tale regnum
jam habebat Deus ante Zachariæ tempora à primordiis mundi. Nec
esse itaque, ut exponatur de gratioso regimine, quò priùs Judæi
regebantur, quomodo probè convenientum illo Pauli Röm. III, 29.
30. *An Iudeorum Deus solum? annō & genitum? certè & gen-
itum, siquidem Deus unus est.* Quod series evidenter probat, quando
de gentium fidelibus ait. ¶. 16. *ascendit de anno in annum, ut
incurvēt se honorem exhibentes Regi Adonai exercitum,* & ne
celebrent festum tabernaculorum; eodem tempora infideles gra-
vissimis

vissimis judiciis affligendos esse prænuntiat vates, cum quibus nostra quæ jam explicavimus verba, conjunguntur 2) Verba hec literaliter accepta, sensum exilem, quique implemento destituitur, fundunt: vel quis ad literam exponet: *in die illo phaleris equorum inscribetur sanctitas Adonai?* an voces phaleris equorum inscriptæ sanctitas Adonai, tantum apud Deum, ut de iis pluribus ante seculis Ecclesiam solari voluerit? certè non: neque Sp. Sancto, qui sapientissimus & spirituali cultu delectatur, ollæ testaceæ aut metallæ curæ sunt, ut de iis populum suum edocere voluerit, eas in numero & sanctitate crateribus coram altari similes fore, neq; indicare volebat Deus ollas culinarias in Hierosolyma & Juda eandem sanctitatem habituras, quam illæ in templo olim habebant. Et si literalis obtinet sensus, ubi quæso implementum? ubi olla, crateres, altaria, templum, quod à tanto tempore cum urbe devastatum, etiam hæc & alia plura sensum mysticum extorquent: Secundum supra propositam verborum explicationem non aliis nisi mysticus locum habet sensus,

S. 63. Supradiximus verba *super phaleris equorum erit sanctitas Adonai* gentium conversionem prædicere, sive gentes, quæ prius idolis serviverunt, & idolorum nomina maxime in bello, equorum phaleris inscriperunt, nunc ad Deum conversæ in Deo gloriabuntur, illi, qui prius contra Ecclesiam bella gesserunt, pro illa fortiter militabant. Haud difficile esset vaticinii implementum per seculorum decursus indicare. Mox ab initio Präconii de Jesu Christo gens Samaritana, qua hostiliter tractavit Judæos, iniuriam depositum & Jesu credidit. Ex Ethnicis conversis primus Cornelius Centurio, qui procul dubio prius invoco falso numinis sui auxilio bella gessit, eique confidit, qui postea tandem ad Deum verum convertebatur: hunc innumeri alii secuti sunt A&t; X, I, 44.45. XIII, 48.49. XVIII, 8, non solum Judæi, sed & gentes omnia, quæ possidebant, Deo consecrabant: Apostoli, ut omnis terra cognitione sancti Israëlis completeretur, inter orbem se dividebant: Thomas Parthos, Mathewus Ethiopes, Bartholomaeus Indos ciceriores, Andreas Scythas, Johannes Asiam, Petrus Pontum & Galatiam, Bythinium & Cappadociam in suam fidem redigunt, deinceps ut Rege vivo & immortali parcant.

utihabet Polyd. Verg. Libr. VIII. c. 7. ex Eusebio. Etiam Persis,
 sub quorum imperio Zacharias vixit, & Medis aliisque populis
 Thomam Evangelium annuntiasse Sophronius refert. Vide prater
 alios Ittig. S. C. H. E. I. S. quod quoque Cel. Momma in sua Oeconom.
 L. 3. c. 8. §. 197. testimonio ex Hieronymo monstrat: *Thoma Apostolus quemadmodum traditum est nobis, Parthis, Medis & Persis & Germanis, & Hyrcanis & Baetris, & Magis predicavit Evangelium Domini.* Unde Orientales Christiani S. Thome dicti.
 Et licet eo tempore clam atque in cœtibus privatis nomen Christi
 professi sint, tamen Deus postea cursui Evangelii beneditit, ut
 non solum Religio Christiana per totum Imperium Romanum
 tutu publicaque esse posset, sed & mox Gentilismus Imperatorum
 maximè delapsus, & Christi Evangelium uno nomine receptum.
 Loca falsorum Deorum cultui destinata Christianis dabantur, tem-
 pla, Gymnasia, redditusque Sacerdotum Ethnicorum in Christiano-
 rum Ministrorum usum convertebantur. Imò milites refractarii
 & in fidem S. S. Trinitatis jurare negantes, ex castris rejecerunt, &
 in pagos extraserunt: vide *Magni Horring. Hist. Eccl. p. 159, 160.*
B. Avunculi mei? H. Sueri Chronologiam S. N. T. p. 322. An non
 hoc phaleris equorum, quæ prius nomen falsorum Deorum præ-
 se ferebant, insculpere SANCTITAS ADONAI: Quod dein
 attinet: *olla in Domo Adonai erunt craterum instar coram altari,*
& omnis olla in Jerusalem & Iuda sancta erit Adonai Zebaoth,
venient omnes, qui sacrificare volunt & sument ex illis & coquent
in illis. Si à primis Ecclesiæ incunabulis ad nostra tempora us-
 que attendes, hujus rei veritatem confiteberis. Judæi & gentes ju-
 diciis referti, & quasi igni impositi multis & variis cruciatibus cru-
 ciabantur, cogita quofo, fata illa, quæ omnis ignis æstum ardore
 superabant, quæ tamen sustinere debebat Ecclesia: incendium u-
 ñi post alterum sequebatur, gravissimæ semper ac plurimæ perse-
 cutiones Ecclesiam premebant. Non aliter fideles erant ac ollæ
 vel caro igni imposta, multi crucibus affixi aut flammausti. Ple-
 rique in id reservati, ut cum defecisset dies, in usum nocturni lumé-
 nis urerentur, ut Sulpicius Severus de Christianis tempore Ne-
 ronis scribit L. II. c. xxix. ita Joh. Evangelista in oleum igneum de-
 mersus, salvus tamen emersisse dicitur. *Qui quidem ignis illos*
 ussi;

ussit, sed non combussit; fideles olla, quæ ignis vim perferunt, illo mundantur, inò ita gratissimum percoquunt cibum. Quod fatum commune quidem omnibus fidelibus, hinc omnes ollis assimulantur. Omnes *σὺ πολλῶν θλίψεων* per multas tribulationes in regnum Dei ingredi oportet: Acto. XIV, 22. & ita δοκιμασθῆται πνεύμα. Magis tamen ollis in domo Dei, hoc est fidelibus pastoribus aliisque, qui supra gregarios eminent, qui cum Apostolis 1. Cor. IV, 9. *Deus nos spectando proposuit* ὡς ἀδικουτεῖς *in morti addicētos.* Nam spectaculum facti sumus mundo & Angelis & hominibus dicere possunt. Hi enim in persecutionibus præ aliis ad supplicia ducebantur, sanguinem suo sanguinem Iesu Christi pretiosum ducebant, atque ita crateribus coram altari similes erant, tum quia sive apprehendent sanguinem filii Dei, tum quia proprium coram Deo ostendunt. Sed & gregarii olla sunt, quum omnes horam tentationis, ignem explorationis subire debeant in omnes τὰ Κέλη τὸ ποιησάμενα jaciantur Eph. VI, 16. Plurimas nomine omnium ollarum in Hierosolyma & Iuda Vates prædictit. Quantus conversorum ex Judæis & gentibus ad Christum numerus sit quilibet novit ex Actis Apostolicis, Epistolis Pauli ad Romanos, Corinthios, Galatas, Ephesios, Colossens &c. & ex Historia Ecclesiastica. Excitati quoque sunt Apostoli, Doctores, pastores, qui in ollis his lapidum cibum coixerunt, respicientiam, fidem aliasque virtutes non absque afflictionibus produxerunt atque ita Deo & sibi jucundam escam pararunt. Nec hoc de primitiva Ecclesia tantum intelligendum; sed & omni subsequente, præfertim etiam ante & post Reformationem, accensu à sacrificiis Romanis vehementi igne, qui hunc habuit usum, ut mundarentur olla in domo Dei Hierosolyma & Iuda. Quoniam autem ab aliquo tempore olla fortes attraxerunt, tempore Dœ soli noto alius incendetur ignis, atque in majorem, quam nunc est, Ecclesia perducetur statum. Prædixit tandem Vates: *non erit Cananeus in domo Adonai Zebaoth* & hæc verba impleta, nam postquam Christus ad gloriam evectus, Apostolos mittens ad 4. mundi plagas Ecclesiam ex Judæis & gentibus collegit, impuros & infideles permanentes ab Ecclesia separavit, uno verbo discrimen illud Judæos inter & gentes sustulit, dum ex utraque gen-

te ad cultum suum elegit Act. X, 34. 35. scqq. Rom. III, 29. Gal. III, 28. 29. Eph. II, 11-14. Iesus quoque ejicit euentes & vendentes ex domo Dei, immo domum hanc, quam ex aedibus precibus destinatis, emporium fecerant, incendit. Ab illo tempore alius famosior mercator in dominum Dei irrepigit, qui non oves & boves venditat, sed peccata sub certa pecunia summa. Sed dolus spiritualis mercatoris a pluribus jam detectus & pleniū detegetur, quando omnes, qui cum eo mercaturam exercent, destruuntur, tum Iudei & gentes omnes convertentur. Hic erit magnus ille dies, quo merx & quæstus meretriciu Domino sacer erit Ies. XXIII, 19. tum illi, qui multis diebus desidebant nullo Rege, nullo Principe, nullo sacrificio, nulla statua, nullo denique amiculo aut imaginibus, revertentur, querent Adonai Deum suum, & Davidem Regem suum, & pavidi accedent ad Dominum & ad bonitatem ejus Hos. III, 4. 5. tum gentium plenitudo inibit & totus Israel salvabitur Rom. XI, 25. 26.

I. 64. Ita ad finem produximus explicationem, in qua, quia textus prolixiori expositione indigebat, aliquando digredi necesse erat. Haud inconsultum itaque ea in compendio tradere. Auditivimus Ecclesiam ex tristissimis fatis liberatumiri, nam illi, qui ante hostes Ecclesiæ infensissimi, convertendi erant, hinc de illis dicitur, equorum suorum phaleris inscripturos sanctitatem Adonai: dein illos, qui ollarum instar igni subditi & per afflictionum ignem probantur, consideravimus, & etiam hos perpeccis multis calamitatibus tandem craterum instar sanguine Christi adimplendos esse, ut uti crateres altari, ita & illi Christo propinquui sint: porro docebamus, omnes ollas in Jerusalem & Iuda Deo sanctas fore &c. sive etiam fideles gregarios, qui distincti ab ollis in domo Dei, non minus per tribulationem Deo consecrandos esse, ut inserviant Ecclesiæ, & ut Ecclesiæ Doctores parare Deo gratum cibum possint: Dein verba fecimus de vocabulo Canaani, quod secundum quosdam mercatorem, secundum alios hominem gentilem a communione Dei alienum notare dicebamus, etiam illum removendum esse, sive Ecclesiam ulterius non ex Iudeis tantum, sed ex Iudeis & gentibus colligendam, ideo Canaanum abolendum, sive portius ~~ex~~ Iudeos inter & gentes abrogandam, & pacem inter utramque

que gentem colendam esse, ut tanquam unus populus Domino suo serviat.

§. 65. O felicissima tempora! utinam viveremus digni promissionibus, quæ in nobis natura gentibus impletæ: verum si consideramus hodiernum Ecclesiæ statum, miserrimum illum deprehendemus, vel ubi illi, quise suaque Deo consecrant, sunt, an non potius luxuriae, ventri, quæ possidentur, dedicantur, quæ in usum Ecclesiæ converti debebant, potius in usum communem usurpanatur: Licet nos Deus per afflictiones probet & igni imponat, tamen noꝝ meliores reddimur, non aptamur, ut in nobis aptentur sacrificia spiritualia, homines plus (ut sic dicam) diabolo sacrificiant, idolo sacrificia coquunt, hinc non olla sacra sunt, nec crateribus similes, nec adeò sanguine Christi & fide referti, & licet fidelis Ecclesiæ Doctor coquere velit in ejusmodi ollis, non potest, quoniam non Deo, sed diabolo dedicantur, iniurictia quidem Iudaos inter gentes sublata, verum, utinam non invenirentur, qui flagitosam Canaanorum vitam agunt in omnibus cupiditatibus carnalibus & variis sceleribus; sed certò illi, qui ita vivunt sancti non sunt, ad Ecclesiam domum spirituale minime pertinent, Christiani haud habentur, sed homines gentiles imò iis deteriores, quosque majus iudicium manet, imò illud, quod antecedentibus textus nostri verbis Ecclesiæ hostibus indicatur.

§. 66. Idcirco nosmet ipsos purgemos: nam alias Deo sancti non sumus, cum Christo uniri nequimus, ad ipsum accedere non audeamus, Ecclesiæ bonis non gaudemus, & puri hand exstimator: propterea tradite vos Deo, reddite quæ Dei sunt Deo, omnia ad honorem divinum impendite, bonum Ecclesia promovete, coquamus in nobis sacrificia spiritualia gratiarum actionis, Sp. fracti, vita sanctæ, tradamus nos ipsos Deo, ostendamus nos esse vas in usum domus Dei sacra, purgeamus corda nostra sanguine Jesu Christi, ejus satisfactionem pretiosam & consolationem nostram habeamus, accipiamus ab eius sanguine, quo digni altare Christum adeamus, & alios obedientia Christi participes facere valeamus, imò cognitionem Jesu Christi in nobis augementem, id est spiritualium Sacerdotum informationalis subiectiam, ut in nobis ipsius grata paretur esse, & li commodium summine habeant, sepa-

re-

remus nos ab impuris, quoniam Christus nos ex Gentilismo ad Christianismum exaltavit, Christiane vivamus, neque in concupiscentia, sicuti gentes, quæ Deum ignorant.

I. 67. Beati, qui præstabilimus hæc. Hocce unicum erit nostræ cum Deo unionis criterium, Deus nos sanctificabit, sanguis Christianos puros ab omnibus peccatis nostris reddet, Deo sacrificia nostra in Christo accepta erunt, cum Christo in ætissima communione vivemus, Ecclesiæ membra dignissima habebimur, cognitionem in nobis augebit, Ecclesiæ utiles Sacerdotes constituet, Sanctitati majorem addet sanctitatem, Ecclesiam magis magisque purificabit, donec non amplius erit impurus, imo ab impuris nos separabit, & tandem beatos in æternum prædicabit Deus. Beati ergo, qui puro sunt corde, Deum enim videhunt.

Tandem te, Benignissime Deus, adeo, tibi pro immerita assistentia & gratia, gratias ago maximas, velis me, studiaq; mea commendata tibi habere, & mensura cognitionis atque sanctitatis implere, quo dignus habear, ceu vas electum, voluntatem tuam indicare Ecclesiæ: nobis omnibus largire spiritum tuum, peccata nostra nobis remitte, sanctifica nos veritate, quæ verbum tuum, expiatu nos hyssopo, ut mundi simus, abluito nos, ut præ nive absescamus, ne abjicito ô Deus sacrificia nostra; sed gratum in Christo odorem tibi ex iis eligito, animum crea nobis novum, & spiritum renovu intra nos, sanctifica per spiritum tuum omnes impuros, & ab iis Ecclesiam, quæ domus tua, purg: sanctifica nos totos, & integrum nostrum spiritum & animam & corpus inculpate conserva in adventum Domini nostri Jesu Christi, fidelis es, qui vocasti nos, etiam efficias, Amen.

¶ Et apud dicitur.

ERRATA.

Pag. 15. l. 7. prosuas leges nos: & in eadem pro eas, lege eos, p. 21. l. 24. pro olla in domo, lege olla in domo Dei. in ead. pag. l. 36. pro coquunt lege coixerunt & p. 22. l. 1. pro offerunt, obtulerunt. pag. 30. l. 3. pro esse lege esset.
Benevolus Lector hos appositos errores præter alios, quos forsitan in lectione observabit, corrigat.

COROL.



COROLLARIA.

1. *Zabbariam preclaro stemmate natum esse credimus.*
 2. *Qui nobis ostendit Christum habere regnum non terrestre sed carnale, sed spirituale.*
 3. *Sicut autem regnum spirituale, ita etiam cultus spiritualis est, neque in sacrificiis carnalibus, que Iudei expectant, consistit.*
 4. *Licet autem Iudei hanc doctrinam hoc tempore non agnoscant, & ob infidelitatem rejecti sint, speranda tamen eorum conversio.*
 5. *Unicus rex erit ΗΗΗ horum u& gentium qui unus & cuius nomen unum. Minime tamen inde consolndiur, unicam tantum Divinitatis esse Personam.*
-

PETRA Prophetiam Pulchram Purèque Pièque
Pertractas: Porro Pectore Perge Pio,
Perita Præfigos Plenè Peragrare Prophetas,
PETRA PETRÆ Populum Pascere Plus Poteris,

Pauculis hisce Doctissimo doctœ dissertationis
AUCTORI, Amico suo integerrimo
gratulatur

OTTO GUILIELMUS THOREJUS,
Stipend. Major, Opponens,

שיר מוסר לכבוד ולחפארה הבוחר נחמד יוחנן קונראד פולו
מדינת שוין שהוצאה אור יקר ברביה ונראה יה' בסגנו

יה' מוכן לכט ראה דבר עליון גס נאה
והוא מה-טוב ומה יפה נחן נכיה גם ראה
השוק והסום אשר רב בעלות טיר כטורים
נכיה עליון וכרייה והוא בן בית ערוא יקיט
באם קדרון אשר הופיע לאות מופת לישדרה
קפל וראי נאם רחכ אוֹר ברכ בכח אראל
פלאה ואה למליחות פטר דבר לעת חות
ערוב עני נחור מעס וחזיא כל בשכלו וה
לעוני עס בני אמה קדוש השם למל אות
זרק טוהר במים נהר חשב קהיל קרב נאות

הלא כה דבורי מה מרשות הוּס יסְתַּחַשׁ עֲרָה אֶב
עד טורקים לאֶק
גם המונדר נון עדת התלמודים אלכסנדר נלא'א צי
טורה אשטראַל זערן סנדי פאנט פאנט



76 4688

X 2284585

